führlich aber bespricht er sie adv. Marc. IV. c. 2—5, wo er seine Beweisführung mit den Worten schliesst: His fere compendiis utimur, cum de evangelii fide adversus haereticos expedimur, defendentibus et temporum ordinem posteritati falsariorum praescribentem et auctoritatem ecclesiarum traditioni apostolorum patrocinantem, quia veritas falsum praecedat necesse est et ab eis procedat a quibus tradita est.

Evangelium secundum **Matthaeum.**

In dem ersten der unten ersichtlichen Citate schreibt Tertullian dieses Evangelium ausdrücklich dem Matthäus als einem Begleiter des Herrn zu, erwähnt es auch sonst nicht selten (z. B. adv. Marc. IV. c. 34. 40. Prax. c. 1. Carn. c. 20) und nennt es bisweilen, weil Marcion es nicht anerkannte, nostrum evangelium (adv. Marc. V. c. 6. p. 395). — Für seine Erststellung scheint ausser der schon angeführten Stelle Carn. c. 22: Ipse in primis Matthaeus ... ita exorsus est, noch eine zweite zu sprechen, nämlich Pudic. c. 10: At ego eius pastoris scripturam haurio qui non potest frangi. Hunc mihi statim [d. h. sofort auf der Schwelle, auf den ersten Seiten der evangelischen Berichte] Ioannes offert cum paenitentiae lavacro et officio dicentem [Mt. 3, 8. 9]: ‚Facite dignos paenitentiae fructus et ne dixeritis, Patrem habemus Abraham ... Potest enim deus de lapidibus istis filios suscitare Abrahae.' — Demnach mit Matthäus beginnend, wollen wir an der Hand der neutestamentlichen Capitel- und Versfolge sowohl die directen als auch die indirecten Citate Tertullian's aus dem N. T. in möglichster Vollständigkeit uns vor Augen stellen.

Cap. I.

Ipse in primis Matthaeus, fidelissimus evangelii commentator ut comes domini, non aliam ob causam quam ut nos originis Christi carnalis compotes faceret, ita exorsus est:

1. *Liber geniturae Jesu Christi, filii David, filii Abraham.* Carn. c. 22. p. 392 Seml.

2—16. His originis fontibus genere manante cum gradatim ordo deducitur [1]ad Christi nativitatem, quid alia quam caro ipsa Abrahae et David per singulos traducem sui faciens in virginem usque describitur inferens Christum, immo ipse Christus [2]producitur de virgine? Carn. c. 22. p. 392.

16. Bene quod idem dicit Matthaeus, originem domini decurrens ab Abraham usque ad Mariam:

16. *Jacob*, inquit, *generavit Joseph, virum Mariae, ex qua nascitur Christus.* Carn. c. 20. p. 387.

18—25. Nasci se deus in utero patitur matris et exspectat. Patient. c. 3. p. 78.

20. . . quia et angelus in [3]somnis ad Joseph: *Nam quod in ea natum est*, inquit, *de spiritu sancto est*,

. . . non dixit *ex ea*. Nempe tamen, etsi *ex ea* dixisset, *in ea* dixerat: in ea enim erat quod ex ea erat. Tantundem ergo et cum dicit *in ea* et *ex ea*, consonat, quia ex ea erat quod in ea erat. Carn. c. 20. p. 387.

20. 21. An et angeli (evacuabuntur) conceptum et partum virginis [4]adnuntiantes? [cf. Luc. 1, 31. 2, 9—14]. Carn. c. 21. p. 390.

20—23. Plane nativitas a Ga-

1) Tom. II. p. 460 ed. Oehler. *ad* [*an* Leid.] *Chr. nativitatem* Leid. Gagn. in marg. Gelen. Pam. Rig. *a Chr. nativitate* Vind. Rhen. I. Gagn. — 2) *producitur* Gagn. in marg. Gelen. Pam. *proditur* Vind. Leid. Pith. Rhen. I. Gagn. Rig. — 3) II. 457. *somniis* Leid. — 4) II. 459. *annuntiantis* coni. Oehler.

briele adnuntiatur. Quid illi cum angelo creatoris? [5]Et in virginis uterum conceptus inducitur. Quid illi cum Esaia, propheta creatoris? Carn. c. 2. p. 343.

23. *Ecce*, inquit, *virgo concipiet in utero ... et pariet*, inquit, *filium*. Carn. c. 21. p. 390. c. 23. p. 393. Marc. III. c. 13. p. 148.

Ecce virgo concipiet [6]*in utero et pariet filium et vocabitis nomen eius Emmanuel, quod interpretatur Nobiscum deus.* Iud. c. 9. p. 300 sq.

23. Nam et *virgo concepit in utero ... et peperit Emmanuelem Nobiscum* [7]*dominum* Iesum. Resurr. c. 20. p. 247.

Certe enim de spiritu sancto *virgo concepit: et* quod concepit, id *peperit;* id ergo nasci habebat quod erat conceptum et pariundum, id est spiritus: cuius *et vocabitur nomen Emmanuel, quod est interpretatum Nobiscum deus.* Prax. c. 27. p. 257.

Cap. II.

1—12. *Magi* et astrologi *ab oriente venerunt.* Scimus magiae et astrologiae inter se societatem. [8]Primi igitur stellarum interpretes natum Christum adnuntiaverunt, primi muneraverunt. Hoc nomine Christum, opinor, sibi obligaverunt. Quid tum? Ideo nunc et mathematicis patrocinabitur illorum magorum religio?... At enim scientia ista usque ad evangelium fuit concessa, ut Christo edito nemo exinde nativitatem alicuius de caelo interpretetur. Nam et *tus* illud *et myrrham et aurum* ideo *infanti* tunc domino *obtulerunt* quasi clausulam sacrificationis et gloriae saecularis, quam Christus erat

5) II. 426. *et virginis uterum* Leid. *et virginis utero?* Gagn. Gelen. Pam. — 6) II. 720. *in utero* om. Fuld. Leid. Rhen. I. Gagn. Gelen. — 7) II. 492. *deum* Leid. Pam. Rig. — 8) I. 78. *primum* Gagn.

adempturus. Quod [9]igitur iisdem magis *somnium* sine dubio ex dei voluntate suggessit, ut irent in sua, sed *alia*, non qua venerant, *via*, id est, ne pristina secta sua incederent, [10]ne illos Herodes persequeretur, qui nec persecutus est, etiam ignorans alia via digressos, quoniam et qua venerant ignorabat. Adeo viam [11]rectam et disciplinam intellegere debemus. Itaque magis praeceptum, ut exinde aliter incederent. Idol. c. 9. p. 156 sq.

[12] *Magi* ne fatigentur de longinquo, dono illis *aurum* suum. Carn. c. 2. p. 343 sq.

Maneant autem orientales illi *magi*, in infantia Christum recentem *auro et ture* munerantes, et acceperit infans virtutem Damasci [Ies. 8, 4] sine praelio et armis. Nam praeter quod omnibus notum est, orientis virtutem (id est, vim et vires) auro et odoribus pollere solitam, certe est creatori virtutem caeterarum quoque gentium aurum constituere . . . De illo autem tunc auri munere etiam David [Ψ. 72, 15]: ‚Et dabitur illi ex auro Arabiae', et rursus [Ψ. 72, 10]: ‚Reges Arabum et Saba munera offerent illi.' Nam et magos reges habuit fere oriens et Damascus Arabiae retro deputabatur, antequam transscripta esset in Syrophoenicen ex distinctione Syriarum; cuius tunc virtutem Christus accepit accipiendo insignia eius, *aurum*

9) *igitur* om. Gelen. Pam. — 10) *ne* Seml. *non, ne* Rig. *Nonne* Agob. Gagn. — 11) *sectam* Fr. Iunius. — 12) II. 427. *magi efatigentur* Vind. uterq. Leid. Laurent. Montisp. *magis ne fatigentur* Agob.

scilicet et *odores*, spolia autem Samariae ipsos magos; qui cum illum cognovissent et *muneribus* honorassent et *genu posito adorassent* quasi deum et regem sub testimonio indicis et ducis *stellae*, spolia sunt facti Samariae, id est idololatriae, credentes videlicet in Christum; idololatriam enim Samariae nomine notavit ... Hoc itaque usu magos quoque Samaritarum appellatione titulavit, despoliatos, quod habuerant cum Samaritis ut diximus idololatriam. Adversus regem autem Assyriorum adversus Herodem intellege, cui utique adversati sunt magi tunc non renuntiando de Christo, quem intercipere quaerebat. Marc. III. c. 13. p. 149 sq.

2. Ex *stella magis* intellecta. Marc. V. c. 9. p. 411.

5. Sciebant et Iudaei venturum esse Christum, scilicet quibus *prophetae* loquebantur: nam et nunc adventum eius exspectant nec alia magis inter nos et illos compulsatio est, quam quod iam venisse non credunt. Apol. c. 21. p. 57.

5. 6. Nasci .. eum oportuit *in Bethlehem Iudae. Sic enim scriptum est in propheta* [Mich. 5, 1]: *Et tu Bethlehem non minima es in ducibus Iudae; ex te enim exiet dux qui pascet populum meum Israel.* Iud. c 12. p. 326.

16. *Infantes* testimonium Christi sanguine litaverunt. Valent. c. 2. p. 145.

Christus.. nec pueritiam nec infantiam hebetes pronuntiavit:

quarum altera cum suffragio occurrens testimonium ei potuit offerre, altera pro ipso trucidata utique vim sensit. Anim. c. 19. p. 253.

16—18. Melior sit et *Herodes*, ne *Hieremias* glorietur [Ierem. 31, 15]. Carn. c. 2. p. 344.

22. 23. *Nazaraeus vocari* habebat secundum prophetiam Christus creatoris. Unde et ipso nomine nos Iudaei Nazaraeos appellant per eum. Nam et sumus de quibus scriptum est [Thren. 4, 7]: ‚Nazaraei exalbati sunt super nivem'; qui scilicet retro luridati delinquentiae maculis et nigrati ignorantiae tenebris. Christo autem appellatio *Nazaraei* competitura erat ex infantiae latebris, ad quas apud *Nazareth* descendit, vitando *Archelaum*, filium Herodis. Marc. IV. c. 8. p. 203.

Cap. III.

2. Non tacet Ioannes: *Paenitentiam initote*, dicens: *iam enim salus nationibus adpropinquavit.* Paenit. c. 2. p. 43.

2. In Graeco sono *paenitentiae* nomen non ex delicti confessione, sed ex animi demutatione compositum est. Marc. II. c. 24. p. 109.

3. Sic enim Ioannes ante praecursor domini fuit, *praeparans vias eius.* Bapt. c. 6. p. 192.

Nihil omnino administrasset Ioannes, secundum *Esaiam* [Ies. 40, 3] *vociferator in solitudinem* et *praeparator viarum dominicarum* per denuntiationem et laudationem paenitentiae. Marc. IV. c. 11. p. 219.

Ioannes antecursor et *praeparator* ostenditur *viarum domini.* Marc. IV. c. 33. p. 323.

In *Esaia* iam tunc Christus . . Ioannem praedicarat *vocem clamantis in deserto, parare viam domini.* Marc. IV. c. 33. p. 324.

3. *Vox* Ioannis clamavit *in eremo: Parate vias domini*, ...

. . . ut fierent rivi et colles et montes repleti et humiliati, et tortuosa et aspera in rectitudinem et in campos, id est, legis difficultates in evangelii facilitates. Marc. V. c. 3. p. 379.

4. Virgam portavit Moyses, fibulam et Aaron, *cingitur loro* et *Ioannes*, agmen agit et Iesus Nave, bellavit et populus, si placet ludere. Idol. c. 19. p. 176 sq.

6. Ideoque nulla distinctio est, mari quis an stagno, flumine an fonte, lacu an alveo diluatur, nec quicquam refert inter eos quos Ioannes *in Iordane* et quos Petrus in Tiberi *tinxit.* Bapt. c. 4. p. 188.

Ingressuros baptismum orationibus crebris, ieiuniis et geniculationibus et pervigiliis orare oportet et cum confessione omnium retro delictorum, ut exponant etiam baptismum Ioannis:

6. *Tinguebantur*, inquit, *confitentes delicta sua.* Bapt. c. 20. p. 207.

6. 16. Si non etiam ipsum (Iesum) inter caeteros tinxisset (Ioannes). Marc. IV. c. 11. p. 219.

7—9. Ergo si ita est, neque *de lapidibus filios Abrahae suscitare poterit deus* nec *genimina viperarum facere paenitentiae fructus* . . Et *lapides filii Abrahae* fient, si in fidem Abrahae formentur. Et *genimina viperarum fructum paenitentiae facient,* si venena malignitatis exspuerint. Anim. c. 21. p. 256.

Hoc loco dicet aliquis: Ergo *de lapidibus filii Abrahae* non *suscitabuntur* et *genimina viperarum* non *facient paenitentiae fructum* et filii *irae* non fient filii pacis, si natura mutabilis non erit? Hermog. c. 12. p. 95.

7. 16. Ipse dominus, nullius paenitentiae debitor, *tinctus* est: peccatoribus non fuit necesse? Quid ergo? alii tincti non sunt? non tamen comites Christi, sed aemuli fidei, legis doctores et Pharisaei. Bapt. c. 12. p. 199.

8. 9. Hunc (pastorem) mihi statim Ioannes offert cum paenitentiae lavacro et officio dicentem: *Facite dignos paenitentiae fructus et ne dixeritis, Patrem habemus Abraham . . . Potest enim deus de lapidibus istis filios suscitare Abrahae.* Pudic. c. 10. p. 393.

9. Politos et in compaginem aptos et firmos substruit *lapides*, quales in *Abrahae* fiunt. Pudic. c. 20. p. 429.

Si mala natura fuisset, quare non potuerit a deo converti ut a potentiore, ut ab eo qui *lapidum* quoque naturam convertere valeat in *filios Abrahae?* Hermog. c. 37. p. 132.

10. Illic *securis ad caudicem arboris posita.* Coron. c. 13. p. 358.

10. Propterea silvam quis instituit et crescere sinit, ut tempore suo caedat. Silva erat vetus dispositio, quae in evangelio novo deputatur, in quo et *securis ad radicem arboris posita est.* Castit. c. 6. p. 117 sq.

11. Semper is dicitur facere cui praeministratur. Ita erit accipiendum: *Ipse vos tinguet,* pro eo quod est, per ipsum tin-

11. . . dicendo . . sola se *paenitentia tinguere; venturum* mox *qui tingueret in spiritu et igni.* Bapt. c. 10. p. 197.

guemini vel in ipsum. Bapt. c. 11. p. 197.

12. *Palam in manu* portat ad *purgandam aream suam.* Avolent, quantum volent, *paleae* levis fidei quocunque adflatu temptationum; eo purior massa *frumenti in horrea* domini reponetur. Praescr. c. 3. p. 4.

Haec *pala* illa, quae et nunc *dominicam aream purgat,* ecclesiam scilicet, confusum acervum fidelium eventilans et discernens *frumentum* martyrum et *paleas* negatorum. Fug. c. 1. p. 172.

16. . . et a servo suo *tinguitur.* Patient. c. 3. p. 78.

Quanta aquae gratia penes deum et Christum eius est ad baptismi confirmationem. Nunquam sine aqua Christus, siquidem et ipse aqua *tinguitur.* Bapt. c. 9. p. 194 sq.

. . denique Iesum Christum *descendisse,* id est, *columbam in Iesum venisse,* quae Graeco nomine cum *περιστερά* pronuntietur, habere secundum numerum DCCCI. Praescr. c. 50. p. 74.

Super hunc itaque *Christum devolasse* tunc in baptismatis sacramento Ien per effigiem *columbae.* Valent. c. 27. p. 176.

Tunc ille sanctissimus *spiritus* super emundata et benedicta corpora libens a patre *descendit,* super baptismi aquas tanquam pristinam sedem recognoscens conquiescit, *columbae* figura *delapsus in dominum,* ut natura spiritus sancti declararetur per animal simplicitatis et innocentiae, quod etiam corporaliter ipso felle careat columba. Bapt. c. 8. p. 193.

17. Non licet nobis in dubium sensus istos revocare, ne et in Christo de fide eorum deliberetur: ne forte dicatur quod ... falso *vocem* patris audierit de ipso testificatam. Anim. c. 17. p. 245.

Cap. IV.

1—11. Ipse *a diabolo temptatus* praesidem et artificem temptationis demonstravit. Orat. c. 8. p. 10.

Ipsum dominum *post lavacrum statim temptationes* circumsteterunt *quadriginta diebus ieiuniis functum* ... Dominus post aquam segregatus *in* [1]*deserta quadraginta dierum ieiunia emensus* ostendit *non pane vivere hominem* dei, *sed dei verbo*, temptationesque plenitudini et immoderantiae ventris appositas abstinentia elidi. Bapt. c. 20. p. 208.

Quadraginta diebus totidemque noctibus supra humanae naturae facultatem *ieiunium perennavit*, spiritali fide virtutem subministrante: et vidit oculis dei gloriam et audivit auribus dei vocem et corde coniecit dei legem iam tunc docentis, *non in solo pane vivere hominem, sed in omni verbo dei.* Ieiun. c. 6. p. 399.

2. *Esuriit* sub diabolo, sitiit sub Samaritide. Carn. c. 9. p. 367.

.. et caro passiones suas functa sit, *esuriens* sub diabolo, sitiens sub Samaritide. Prax. c. 27. p. 259.

---

1) I. 640. *deserta* Gagn. Gelen. Pam. *deserto* Rig. Ursin.

2—4. Ipse mox dominus baptisma suum, et in suo omnium, *ieiuniis* dedicavit, habens *efficere panes ex lapidibus*, etiam Iordanem vino fortasse manare, si ita vorator et potator fuisset. Immo novum hominem in veteris suggillationem virtute fastidiendi cibi initiabat, ut eum diabolo rursus per escam temptare quaerenti fortiorem fame tota ostentaret. Ieiun. c. 8. p. 403.

3. Excidit sibi coluber, quia Iesum Christum post baptisma Ioannis temptans ut *filium dei* adgressus est, certus filium deum habere vel ex ipsis scripturis, de quibus tunc temptationem struebat:

3. 6. Iesum .. et secundum nostrum evangelium diabolus quoque in temptatione cognovit. Marc. V. c. 6. p. 395.

3. *Si tu es filius dei, dic ut lapides isti panes fiant.* Prax. c. 1. p. 189.

Hoc et Satanas eum in temptationibus novit: *Si filius dei es.* Prax. c. 26. p. 255.

4. Iam tunc .. dedicabatur: *Non in* [2] *pane* [3] *vivit homo, sed in dei verbo.* Resurr. c. 61. p. 338.

6. *Si tu es filius dei, deice te hinc. Scriptum est enim,* [4] *quod mandavit angelis suis super te .. ut te manibus suis tollant, necubi ad lapidem pedem tuum offendas.* Prax. c. 1. p. 189.

10. Audierat diabolus a domino: *Recede* [5] *Satha-*

2) II. 549. *pane solo* cod. Io. Clementis. — 3) *vivet* Pam. Rig. *vivit* Vindob. Leidens. Rhen. I. Gagn. Gelen. — 4) II. 653. *quod* om. Laurent. — 5) I. 535. *satana* Agob. Rig. *sathanas* reliq.

nas, scandalum mihi es. Scriptum est: Dominum deum tuum adorabis et illi soli servies. Scorp. c. 15. p. 388.

14—16... dicente Esaia [9, 1, 2]: .. *Regio Zabulon et terra* [6] *Neptalim* [7] *et caeteri qui maritimam* [8] *et Iordanis, Galilaea nationum, populus qui sedetis in tenebris, videte lumen magnum; qui habitatis* [9] *terram, sedentes in umbra mortis, lumen ortum* [10] *est super vos.* Marc. IV. c. 7. p. 198.

16... et novi testamenti pollicitatio superveniret, *fulgente* nobis *lumine* ex alto, qui *sedebamus in tenebris* et *in umbra mortis* [11] detinebamur. [Luc. 1, 78 sq.] Iud. c. 6. p. 287.

17... *praedicasse* novam legem et novam promissionem *regni caelorum.* Praescr. c. 13. p. 17.

18—22. *Patrem* et *navem* et *artem*, qua vitam sustentabat, *deseruit* (fides sc.). Bapt. c. 12. p. 200.

Christus, *piscatores* citius quam [12] sophistas ad praeconium emittens. Anim. c. 3. p. 215.

21. 22. *Iacobus* et *Ioannes vocati a domino et patrem navemque derelinquunt.* Idol. c. 12. p. 164.

24... cum ille verbo [13] *daemonia* de hominibus excuteret .. *paralyticos* restringeret. Apol. c. 21. p. 57.

---

6) II. 169 *Neptalim* Laurent. Rhen. I. Gagn. Gelen. *Neptalin* Leidens. *Nephthalim* Vindob. Pam. Rig. — 7) *et* om. Laurent. — 8) *et Iordanis* Laurent. Leidens. Rhen. I. Gagn. Gelen. *ad Iordanem* Pam. Rig. — 9) *terram* om. Leidens. Rhen. I. — 10) *est vobis* Laurent. — 11) II. 712. *detineb.* Leid. Pam. Rig. Vatic. *detineb. oriretur lumen* Rhen. I. Gagn. Gelen. *detineb. oriretur* Fuld. (?). — 12) II. 561. *sophistas* Rig. F. Ursin. *sophistam* reliq. — 13) I. 201. *demones* Erlang. Vind.

Cap. V.

3. *Felices* itaque *pauperes, quia illorum est,* inquit, *regnum caelorum.* Fug. c. 12. p. 193.

Quos felices dominus nisi patientes nuncupavit dicendo: *Beati pauperes spiritu, illorum est enim regnum caelorum?* Pat. c. 11. p. 95.

4. *Felices,* ait, *lugentes.* Coron. c. 13. p. 359.

Beati, inquit, *flentes atque lugentes...* Talibus et [14] advocatio et risus promittitur. [Luc. 6, 21.] Pat. c. 11. p. 95.

5. *Beati mites.* Pat. c. 11. p. 95.

3. *Felices egenos* dominus appellat. Idol. c. 12. p. 163.

Si *pauperum* sunt *regna caelorum* ... Ux. II. c. 8. p. 101.

Semper *pauperes* iustificat. [Mt. 11, 5. Luc. 6, 20. 7, 22. 14, 21. 16, 22.] Pat. c. 7. p. 87.

6. *Beatos* non saturatos, sed *esurientes et sitientes* pronuntiavit. Ieiun. c. 15. p. 420.

9. *Beati...pacifici.* Pud. c. 5. p. 376.

10. Praeceptorum principia deducens: *Beati,* inquit, *qui persecutionem patiuntur ob iustitiam, quoniam* [15] *illorum est regnum caelorum.* Scorp. c. 9. p. 366.

Meminerat evangelicae [16] diffinitionis: *Beati qui persecutionem patiuntur propter iustitiam, quia illorum est regnum caelorum.* Resurr. c. 41. p. 289.

9. *Pacificos* eodem titulo *felicitatis* notat et *filios dei* nuncupat. Pat. c. 11. p. 95.

14) I. 607. *avocatio* Hildebr. coni. — 15) I. 517. *ipsorum* Agob. *illorum* reliq. — 16) II. 519. *diffinitionis* Vind. Leidens. Rhen. I. Gagn. *defin.* reliq.

10. 11. *Felices qui persecutionem passi fuerint caussa nominis mei.* Fug. c. 7. p. 185.

11. 12. *Cum vos maledixerint, gaudete.* Pat. c. 8. p. 90.

Gaudete et exultate, dicit, *quotiens* [18]*vos maledicent et persequentur; merces enim vestra plurima in caelo.* Pat. c. 11. p. 95.

Proprie ad apostolos ipsos: *Beati eritis, cum vos dedecoraverint et persecuti fuerint et dixerint adversus vos omnia mala propter me. Gaudete et exultate, quoniam merces vestra plurima in caelo. Sic enim faciebant et prophetis patres* [19] *eorum.* [Luc. 6, 22 sq.] Scorp. c. 9. p. 366.

Si linguae amaritudo maledicto sive convitio eruperit, [17] respice dictum:

12. Quin insuper gratulari et *gaudere* nos docet dignatione divinae castigationis. Pat. c. 11. p. 94.

14. Nos. . . sumus et templa dei et altaria et *luminaria.* Cor. c. 9. p. 350.

Tu *lumen* es *mundi.* Idol. c. 15. p. 171.

14. 15. Quid . . nos dominus [20] *lumen terrae* vocavit? quid civitati [21] *supra montem constitutae* comparavit, si non relucemus [22] inter tenebrosos et exstamus

17) I. 602. *inspice* Leid. — 18) I. 607. *nos* Vind. (Hildebr.). — 19) I. 517. *illorum* Agob. *eorum* reliq. — 20) I. 733. *lucem mundi vocat* Agob. Rig. — 21) *supra* Rhen. I. Gagn. Gelen Pam. *super* Agob. Rig. *sub* Vind. Leid. — 22) *inter tenebras* Gelen. Pam. *inter tenebrosos* Vind. Leid. Rhen. I. Gagn. *in tenebris* Agob. Rig.

inter [23] dimersos? Si *lucernam* tuam *sub* [24] *modium* [25] *abstruseris*, in tenebris [26] relictae a multis [27] incurseris [28] necesse est. [29] Haec sunt quae nos *luminaria mundi* faciunt, bona scilicet nostra. Bonum [30] autem, dumtaxat verum et plenum, non amat tenebras, [31] sed gaudet videri [32] et ipsa denotatione sui exultat. Cult. c. 13. p. 70.

15. Ipse docebat, *lucernam non sub* [33] *modio* [34] *abstrui* solere, *sed in candelabrum constitui*, ut *luceat omnibus qui in domo sunt.* Praescr. c. 26. p. 31.

16. Quid est: *Luceant* [35] *opera vestra?* Cult. c. 13. p. 70.

Luceant, inquit, [36] *opera vestra.* Idol. c. 15. p. 168.

17. Potuit etiam illam praemisisse sententiam: *Non veni legem dissolvere, sed adimplere.* Marc. IV. c. 9. p. 211. c. 12. p. 227. c. 36. p. 339. V. c. 14. p. 440.

17. Ostendentem in primo ingressu, *venisse se, non ut legem* et *prophetas dissolveret, sed ut* potius *adimpleret.* Marc. IV. c. 7. p. 199.

Testabatur *se legem non dissolvere, sed* [37] *adimplere.* Marc. IV. c. 9. p. 210.

Cum *lege*, quam Christus *non dissolvit, sed adimplevit.* Monog. c. 7. p. 146.

Dominus .. se adiectionem [38] legis superstruere demonstrat. Paen. c. 3. p. 47.

---

23) *dimersos* Rhen. I. Gagn. Gelen. Pam. *diversos* Vind. Leid. 3 Vatic. *demersos* Agob. Rig. — 24) *modio* Agob. Rig. — 25) *obstruxeris* Vind. Leid. — 26) *relictae* Rhen. I. Gagn. Gelen. Pam. *relicta* Vind. Leid. *delicta* Agob. *derelicta* Rig. — 27) *incurseris* Rig. *incluseris* Agob. *incuseris* reliq. — 28) *necessis* Agob. (Hild.). — 29) *et haec .. et bonum* Vind. Leid. — 30) *autem* — — *plenum* om. Agob. — 31) *sed* om. Agob. Rig. — 32) *et in ipsas denotationes* Agob. Rig. — 33) II. 24. *modium* Agob. Rig. — 34) *abstrui* Gagn Pam. *abstrudi* Agob. Rhen. I. ad marg. Gelen. Rig. *obstrui* Rhen. I. — 35) I. 733. *operae vestrae* Agob. — 36) I. 92. *operae* Agob. *vestra* om. Agob. — 37) II. 176. *implere* Gagn. Gelen. — 38) I. 648. *legi* Rig. Latinius.

Christus, *legem et prophetas adimplens.* Carn. c. 7. p. 362.

Ab eo statu *legis*, quem Christus *non dissolvit*, *sed implevit.* Pudic. c. 6. p. 376.

20. Quomodo *abundabit iustitia* nostra *super Scribas et Pharisaeos*, ut dominus praescripsit? . . Idol. c. 2. p. 148.

. . ut . . *redundare* possit *iustitia* nostra *super Scribarum et Pharisaeorum* [39] iustitiam. Monog. c. 7. p. 146.

Ex *redundantia iustitiae super Scribarum et Pharisaeorum.* Marc. I. c. 23. p. 43.

21. 22. Pro: *Non occides, Qui dixerit fratri suo Racha, reus erit gehennae.* Pudic. c. 6. p. 377.

21. 22. Aperte dominus amplians legem, *iram in fratrem* homicidio superponit; ne verbo quidem malo permittit expungi. Orat. c. 10. p. 12.

Vacat: *Non occides*, cum dicitur: Nec maledices. Marc. V. c. 17. p. 454.

Quid plenius, [40] dicere: *Non occides*, an docere: Ne *irascaris* quidem? Apol. c. 45. p. 106.

22. Ipse erat dominus coram [41] ex sua auctoritate pronuntians: *Ego autem dico vobis.* Carn. c. 14. p. 377.

22. Iam nec verbo quidem lacessere nec *Fatue* quidem *dicere* sine *iudicii* periculo licet. Pat. c. 6. p. 86.

Cui . . non [42] accidit . . facile maledicere? Pudic. c. 19. p. 426.

Homicidium etiam in verbo maledicti vel [43] convicii iudicat et in omni impetu *irae* et in neglegentia caritatis in fratrem. Idol. c. 2. p. 147.

---

39) I. 770. *iustitia* Vind. Leid. — 40) I. 278. *dictum est . . an vero* Fuld. Rig. Haverc. — 41) II. 451. *et* Vind. Leid. Pam. 3 Vatic. — 42) I. 838. *accidit* Rig. F. Ursin. *accedet* Gagn. Gelen. Pam. — 43) I. 69. *convicii iudicii iudicat* Gagn.

Gehennam .. quae est *ignis* arcani [44] subterraneus ad poenam thesaurus. Apol. c. 47. p. 114.

22. 28. Si, inquit, *concupiscentia* vel *malitia* in cor hominis ascenderit, pro facto [45] teneris. Idol. c. 23. p. 181.

23. 24. Nemo *convulsus animum in fratrem suum munus apud altare* perficiet, nisi prius *reconciliando fratri* reversus ad patientiam fuerit. Pat. c. 12. p. 96.

Praeceptorum.. quorum praecipuum est, ne prius ascendamus ad dei *altare* quam, si quid discordiae vel offensae cum fratribus contraxerimus, resolvamus. Orat. c. 11. p. 11.

25. Alias .. *via* cognominatur disciplina nostra. [Io. 14, 5.] Orat. c. 11. p. 12.

Et ethnicus homo *adversarius* noster est, incedens *in eadem via* vitae communis. Anim. c. 35. p. 289.

25. 26. Quis [46] ad *iudicem* cum *adversario* suo dirigens negotium convenientia solvet? Pat. c. 12. p. 96.

Animam . . reliquatricem delictorum, *donec exsolvat novissimum quadrantem detrusa* identidem *in carcerem* corporis. ... Huic ergo [47]) *bonum animi praestes* [48] iubet .. ne aliquo commercio negotiorum iniuria provocatus *abstrahat te ad* suum *iudicem* et [49] *in*

---

44) I. 290. *subterraneus* Rhen. I. II. Gelen. Pam. Herald. *subterraneum* Bongars. *subterraneam* Paris. IV. Goth. Ambros. Erfurt. *subterranea* Paris. I. II. Erlang. Leid. — 45) I. 105. *teneri* Gagn. F. Ursin. — 46) I. 607. *ad iudicem cum adv.* Gagn. Gelen. Pam. *iudicem cum adv.* Vind. Leid. Rhen. I. *iudicium cum adv.* Rig. F. Ursin. *iudicium adversario* Oehl. coni. — 47) II. 615. *boni* Agob. — 48) *iubet* om. Agob. — 49) *ad* Agob.

custodiam delegatus ad exsolutionem totius debiti arteris .... ne te ut fraudatorem, ut pacti transgressorem iudici deo obiciat... *et iudex te tradat angelo exsecutionis et ille te in carcerem mandet* infernum, unde non dimittaris, nisi modico quoque delicto mora resurrectionis expenso. Anim. c. 35. p. 289 sq.

Carcerem illum, [50]quem evangelium demonstrat, inferos intellegimus et *novissimum quadrantem* modicum quoque delictum mora resurrectionis illic luendum interpretamur. Anim. c. 58. p. 335.

26. Quis . . non desiderabit, dum in carne est, superinduere immortalitatem . . ne inferos experiatur usque *novissimum quadrantem* [51] exacturos? Resurr. c. 42. p. 292.

27. 28. Pro: *Non moechaberis, Qui viderit ad concupiscentiam, iam moechatus est in corde suo.* Pudic. c. 6. p. 377.

27. 28. Vacat . . iam: *Non adulterabis,* cum dicitur: *Nec videbis ad concupiscendum.* Marc. V. c. 17. p. 454.

Quid perfectius, prohibere *adulterium* an etiam ab [52] oculorum solitaria *concupiscentia* arcere? Apol. c. 45. p. 106.

28. Dominus . .: *Qui conspexerit ad concupiscendum, iam* [53] *adulteravit in corde.* Resurr. c. 15. p. 236.

28. Dominus . . *adulterium* etiam in *concupiscentia* designat, si oculum quis impegerit libidinose et animam commoverit impudice. Idol. c. 2. p. 147.

Qui viderit feminam ad concupiscendum, iam *Concupiscentiam* . . quam . .

---

50) II. 650. *quod* Agob. Gagn. Gelen. — 51) II. 520. *exacturus* Vind. Leid. — 52) I. 278. *oculis solitariam concupiscentiam* Leid. Rhen. II. Gelen. Gorziens. *oculorum solitaria concupiscentia* reliq. (15). — 53) II. 485. *adulterat* Vind. *adulterium* Leid.

adulteravit in corde. Anim. c. 15. p. 238.

Qui viderit [54] *mulierem ad concupiscentiam, iam adulteravit in corde.* Anim. c. 40. p. 299.

Qui viderit ad concupiscendum, iam adulteravit in corde. Anim. c. 58. p. 335.

Qui viderit, inquit, *mulierem ad concupiscendum* [55] *eam, iam stupravit eam in corde suo.* Cast. c. 9. p. 123.

30. *Si te manus tua scandalizat, amputa eam.* Idol. c. 7. p. 154.

32. In evangelio Matthaei: *Qui dimiserit*, inquit, *uxorem suam praeter caussam adulterii, facit eam adulterari.* [8] Aeque *adulter* [9] censetur et ille *qui dimissam a viro duxerit.* Marc. IV. c. 34. p. 326.

Qui dimiserit uxorem suam [10] *praeterquam ex caussa adulterii, facit eam* dominus .. [1] a facto *stupri* non [2] discernit in poena. Cult. c. 2. p. 51.

[3] *Adulterum* non eum solum definit qui cominus in alienum matrimonium [4] cecidisset, verum etiam illum qui aspectus *concupiscentia* contaminasset. Paen. c. 3. p. 47.

Pudicitiam .. nec oculis contaminamus. Nat. I. c. 4. p. 132.

Perit .. ille simul in tua forma si concupierit, et admisit iam in animo quod concupivit. Cult. c. 2. p. 51.

28. 29. Christianus salvis oculis [5] feminam [6] non videt: [7] animo adversus libidinem caecus est. Apol. c. 46. p. 110.

29. *Melius est unum oculum amittere* quam duos. Monog. c. 3. p. 137.

30. O *manus praecidendae!* Viderint iam an per similitudinem dictum sit:

32. *Divortium* prohibet (dominus) *nisi stupri caussa.* Ux. II. c. 2. p. 92.

Caeterum *praeter ex caussa adulterii* nec creator disiungit, quod ipse scilicet coniunxit. Marc. IV. c. 34. p. 327.

Plane Christus vetat *divortium*, Moyses vero permittit. Marcion totum concubitum auferens fidelibus

---

54) II. 622. *mulierem* om. Agob. Gagn. Gelen. — 55) I. 750. *eam* om. Agob. Leid. Rig. — 1) I. 716. *a* om. Agob. Rig. — 2) *discernat* Agob. Rig. — 3) I. 648. *ad ultimum non* Rhen. I. — 4) *incidisset* Leid. 5) I. 283. *feminas* al. — 6) *non* om. Paris. IV. Leid. Rhen. I. II. Gelen. Pam. Herald. — 7) *animo* om. Leid. — 8) II. 248. *atque* Leid. Rhen. I. *atque ita* Rig. — 9) *censetur* om. Leid. — 10) I. 774. *praeter* Vind. Leid.

adulterari. [11] *Et qui dimissam a viro duxerit,* [12] *adulteratur* utique. Monog. c. 9. p. 152.

Qui dimiserit uxorem praeter caussam moechiae, facit eam moechari, et qui dimissam a viro ducit, moechatur. Pudic. c. 16. p. 412.

.. repudium ante [13] nuptias iubens, cuius sententiam sequitur, Moysi an Christi? Marc. V. c. 7. p. 400.

34. Cui . . non [14] accidit .. temere *iurare* aut fidem pacti destruere aut verecundia aut necessitate mentiri? Pudic. c. 19. p. 426.

Praescribit Christus, *non esse iurandum.* Idol. c. 23. p. 181.

Taceo de periurio, quando *ne iurare quidem* liceat. Idol. c. 11. p. 160 sq.

34. 35. Cuius *caelum thronus* et *terra scabellum.* Marc. II. c. 25. p. 110.

36. [15] Dominus ait: *Quis vestrum potest capillum* [16] *atrum ex albo facere aut album ex atro?* Cult. c. 6. p. 57.

37. Meminerant: *Sit sermo vester: Est est, non non;* [17] *quod amplius hoc, a malo est.* Praescr. c. 26. p. 32.

Est est, non non: nam quod amplius est hoc, a malo est. Prax. c. 9. p. 206.

Est est, et *Non non; quod* [18] *amplius hoc, a malo* [19] *est.* Carn. c. 23. p. 394.

38. Sic et: *Oculum pro oculo et dentem pro dente* — iam senuit. Cast. c. 6. p. 118.

38. Talionis definitionem, *oculum pro oculo, dentem pro dente* [20] et livorem pro livore repetentis. Marc. II. c. 18. p. 95.

---

11) *Et qui — utique* om. Vind. Leid. — 12) *adulterat* Gelen. Pam. — 13) II. 294. *nuptae* Gagn. Gelen. Pam. Rig. — 14) Vid. supr. ad Mt. 5, 22. — 15) I. 722. *deus* Agob. — 16) *album atrum* id. — 17) II. 25. *nam quod* Agob. — 18. II. 462. *amplius hoc hoc* Rhen. I. Gagn. Gelen. — 19) *est* om. Vind. Leid. Rhen. I. — 20) II. 105. *et* om. Vind. Leid.

Oculum pro oculo reposcit deus noster, sed et vester vicem prohibens, iterabilem magis iniuriam facit. Quis enim non rursus *percutiet*, non repercussus? (v. 39). Marc. II. c. 28. p. 118.

Christus, etiam vicem iniuriae cohibens permissam a creatore, *oculum* exigente *pro oculo et dentem pro dente*. Marc. IV. c. 16. p. 243.

Olim et *oculum pro oculo et dentem pro dente* repetebant et malum malo fenerabant. Pat. c. 6. p. 86.

39. Praesto et dominica monela: *Verberanti te*, inquit, *in faciem, etiam alteram genam obverte.* [Luc. 6, 29.] Pat. c. 8. p. 89.

39. Dicturus est repercutiendum non esse? Spect. c. 25. p. 138.

Quid instructius, iniuriam non permittere an nec vicem iniuriae sinere? Apol. c. 45. p. 106.

Faciem suam .. insuper *contumeliis alaparum* sic *obicit*, [21]quasi de praecepto domini ludat. Docet scilicet [22] et diabolus, *verberandam maxillam* patienter *offerre.* Spect. c. 23. p. 136.

39. 40. Ipse *alteram* amplius *maxillam offerri* iubens et super *tunicam pallio* quoque cedi. Marc. IV. c. 16. p. 243.

39—44. Prohibita ira, [23]restricti animi, compressa petulantia manus, [24]exemptum linguae venenum. Pat. c. 6. p. 87.

40. Proinde, inquit, *qui tibi tunicam sustulerit, vel etiam pallium concede* ..

... Ad eum pertinet qui rem, non qui fidem meam eripere quaesierit. *Concedam et pallium* non minanti traditionem. Si minatus

21) I. 55. *tanquam* Agob. — 22) *et* om. id. — 23) I. 599. *restincti* Latin. Iun. — 24) *exempto linguae veneno* Vind. Leid.

fuerit, etiam *tunicam* reposcam. Fug. c. 13. p. 197.

40. Quomodo duas habens tunicas alteram earum nudo dabit, nisi idem sit qui *auferenti tunicam etiam pallium* offerre possit? Pat. c. 7. p. 88.

Omni petenti me dabo in caussa eleemosynae, non in concussurae.

42. *Petenti,* inquit . . . . . Porro qui [25]incutit, non *petit:* qui comminatur, si non acceperit, non postulat, sed extorquet. Non eleemosynam exspectat qui non miserandus, sed timendus venit. Dabo igitur [26] misericordiae, non timiditatis meae nomine, ubi qui accepit deum honorat et benedictionem mihi reddit, non ubi amplius [27] se benefactum [28] praestitisse credit et praedam suam aspiciens dicit: [29] De reatu. Fug. c. 13. p. 196 sq.

Hoc . . est apud illos: *Omni petenti te dabis.* Monog. c. 11. p. 156.

42. Qui *omni petenti dari* iubet, ipse signum petentibus non dat: alioquin si omnibus passim petentibus dandum putas, tu mihi videris, non dico vinum febricitanti, sed etiam venenum aut gladium mortem desideranti daturus. Fug. c. 13. p. 197 sq.

43. 44. Disciplinam *diligendi* extraneum vel *inimicum* antecessit praeceptum *diligendi proximum* tanquam te ipsum . . . . . Principalem et perfectam bonitatem . . secundum quam *inimicos* quoque nostros, et hoc nomine iam extraneos, *diligere* iubeamur. Marc. I. c. 23. p. 43.

44. *Diligite enim inimicos vestros,* inquit, [30] *et orate pro maledicentibus vos.* Anim. c. 35. p. 289.

25) I. 488. *concutit* Rig. — 26) *misericordiam* Vind. Leid. Rhen. I. — 27) *et* Vind. Leid. Rhen. I. — 28) *praestitisset et reddit* iid. *praestitisse se credit* Oehl. — 29) *de reatu est* Rig. F. Ursin. — 30) II. 615. *et* om. Gelen. Pam.

44. 45. *Diligite inimicos vestros et maledicentibus benedicite et orate pro persecutoribus vestris, ut filii sitis patris vestri caelestis* . . . . . .

44. Disciplina iubemur *diligere inimicos* quoque et *orare pro eis qui nos persequuntur.* Scap. c. 1. p. 201.

Praeceptum .. nobis ad redundantiam benignitatis etiam *pro inimicis deum* [31] *orare* et *persecutoribus* nostris bona precari. Apol. c. 31. p. 82.

Si *inimicos*, ut supra diximus, iubemur *diligere*, quem [32] habemus odisse? Apol. c. 37. p. 89.

Quid eruditius, de maleficio an [33] et de maliloquio interdicere? Apol. c. 45. p. 106.

Secundum praeceptum, ne per deum quidem [34] *remaledicere*, sed plane *benedicere* per deum. Idol. c. 21. p. 180.

Deus .. etiam cum caussa prohibet odisse, qui *inimicos diligi* iubet. Deus etiam cum caussa maledicere non sinit, qui *maledicentes benedici* praecipit. Spect. c. 16. p. 128.

.. *orando* pro omnibus, etiam pro *inimicis* nostris. Orat. c. 3. p. 5.

Plus lex, quam amisit, invenit, dicente Christo:

... Vides quem nobis patrem patientia adquirat? Hoc principali [35] praecepto universa patientiae disciplina succincta est,

31) I. 235. *exorare* Leid. — 32) I. 249. *habebimus* Goth. Rhen. I. II. Gelen. Herald. Oxon. — 33) II. 278. *et* om. Paris. IV. Rhen. I. II. — 34) I. 104. *remaledicere* Gelen. Pam. Rig. *et maledicere* Gagn. — 35) I. 600. *praeceptore* Magliab.

45. *Pluens super bonos et malos et solem suum* [38] *emittens super iustos et iniustos.* Resurr. c. 26. p. 261.

Pluentem super bonos et malos et solem suum oriri facientem super iustos et iniustos. Marc. II. c. 17. p. 93.

Qui *pluit super iustos et iniustos et solem suum oriri facit super bonos et malos.* Marc. IV. c. 34. p. 328.

quando [36] ne digne quidem malefacere concessum [37] est. Pat. c. 6. p. 87.

45. Patrem dixeram qui *solem* et *pluvias* facit. Praescr. c. 44. p. 58.

Imbres etiam et *soles suos* peraequante deo *iustis et iniustis.* Anim. c. 47. p. 312.

Qui [39] florem lucis huius *super iustos et iniustos* aequaliter spargit, qui temporum officia, elementorum servitia, totius genniturae tributa dignis simul et indignis [40] patitur occurrere. Pat. c. 2. p. 77.

Euge, Marcion, satis ingeniose detraxisti illi *pluvias* et *soles,* ne creator videretur. Sed . . quomodo suavis, a quo nulla beneficia [41] praecesserant? Hoc genus suavitatis qua *soles* et *imbres* qui feneraverat, non [42] recepturus ab humano genere ut creator, qui pro tanta elementorum liberalitate facilius idolis quam sibi debitum gratiae referentes homines usque adhuc sustinet .... cuius [43] *solem* et *imbres* tu quoque Marcion [44] ingratus habuisti. Marc. IV. c. 17. p. 251.

46. 47. . . si in his tantum delictis iudicaremur, quae *etiam nationes* decreverunt vindicanda. Idol. c. 2. p. 148.

---

36) *ne digne* Rhen. I. Gagn. Gelen. Rig. Magliab. *ne* (*nec* Vind.) *linguae* Vind. Leid. Pam. — 37) *est* om. Vind. Leid. — 38) II. 501. *emittens* Pam. Rig. *mittens* reliq. — 39) I. 589. *florem* Vind. Leid. Rhen. I. Gagn. Gelen. Pam. Magliab. Laurent. *rorem* Rig. F. Ursin. — 40) *patitur simul occ.* Pam. Rig. *patiatur simul occ.* Gelen. *patiatur occ.* Rhen. I. Gagn. Magliab. — 41) II. 200. *praecesserunt* Rig. Latinius. — 42) *recepturus est* Fr. Iunius. — 43) *soles* Rig. *sol* Leid. — 44) *ingratos* Leid. Gelen. Pam.

48. [45] *Perfectae esse debetis, sicut pater vester qui est in caelis.* Cult. c. 1. p. 49.

Eritis .. perfecti, quemadmodum pater vester qui in caelis est. Marc. I. c. 24. p. 45.

48. Solus deus *perfectus.* Marc. II. c. 16. p. 92.

Cap. VI.

2. Praecipit, nihil [1] *debuccinemus* eorum quae apud illum mercedem merebuntur. Virg. c. 13. p. 26.

Cum .. scriptura .. mandet .. sine alterius conscientia .. operari domino .. Ux. II. c. 5. p. 95.

3. Unius victoriati vel *quamcunque eleemosynae operationem sinistra* [2] *conscia facere* prohibemur. Virg. c. 13. p. 26.

4. Tam idoneus est (deus) ad *conspicienda* [3] *quaeque in occulto fiunt,* quam iustus ad *remuneranda* quae soli sibi fiunt. Virg. c. 13. p. 26.

5. Quid minus faciunt, quam si in publico *orent?* Orat. c. 17. p. 16.

Orare .. quomodo omni loco, cum prohibeamur in publico? Orat. c. 24. p. 22.

6. .. de praecepto *secrete adorandi.* Orat. c. 1. p. 3.

7. 8. Sequente sophia [4] in sequenti [5] praecepto proinde pertineat ad fidem et modestiam fidei,

---

45) I. 716. *Perfectae .. caelis* om. Agob. Rig. — 1) I. 903. *debucinemus* Vind. Leid. — 2) *conscientia* Vind. Leid. Rhen. I. — 3) *quae* Rig. F. Ursin, *quaeque* Vind. Leid. Rhen. I. II. Gelen. Pam. *quaequae* Oehl. — 4) I. 555. *insequenti* Gagn. — 5) *praecepto; quod etsi proinde* Rig. Murat. F. Ursin.

si *non agmine verborum adeundum* putemus ad dominum, quem ultro suis prospicere certi [6]sumus. [7]Et tamen brevitas ista, quod ad tertium sophiae gradum faciat, magnae ac beatae interpretationis substantia fulta est, quantumque substringitur verbis, tantum diffunditur sensibus. Neque enim propria tantum orationis officia complexa est, [8] venerationem dei aut hominis petitionem, sed omnem paene sermonem domini, omnem commemorationem disciplinae, ut revera in oratione breviarium totius evangelii comprehendatur. Orat. c. 1. p. 3.

8. Spondens *scire* se *quid* cuique servorum suorum *opus sit.* Ux. I. c. 4. p. 80.

Incipit (oratio) a testimonio dei et merito fidei, cum dicimus:

9. [9]*Pater, qui in caelis es.* . . Nam et deum oramus et fidem commendamus, cuius meritum est haec appellatio... Dicendo autem *patrem* deum quoque cognominamus. Appellatio ista et pietatis et potestatis est. Orat. c. 2. p. 3 sq.

. . *in caelis* . . quo et nos erectos docebat orare:

Pater noster, qui es in caelis . . . . [10]cum sit et ubique. Hanc sedem suam voluit pater. Prax. c. 23. p. 246.

Id . . ut *sanctificetur* postulamus. Non quod deceat homines bene deo optare, quasi sit et [11]aliud de quo ei possit optari aut laboret nisi optemus . . .

---

6) *simus* Rig. — 7) *attamen* Rig. Murat. F. Ursin. — 8) *vel venerat* Agob. Gagn. — 9) I. 556. *Pater noster* F. Ursinus. — 10) II. 685. *et cum* Rig. — 11) I, 557. *aliud* Gelen. Pam. Murat. *alius* Agob. Gagn. Rig.

Quando non sanctum et *sanctificatum* est per semetipsum *nomen dei*, cum caeteros sanctificet ex semetipso? ... Alioquin quantum ad nostram petitionem, cum dicimus:

Sanctificetur nomen tuum.

... id petimus, ut sanctificetur in nobis qui in illo sumus, simul et in caeteris, quos adhuc gratia dei exspectat, ut et [12] huic praecepto pareamus, orando pro omnibus, etiam pro inimicis nostris. Ideoque suspensa enuntiatione non dicentes, Sanctificetur in nobis, in omnibus dicimus. Orat. c. 3. p. 4 sq.

10. Secundum hanc formam subiungimus:

10. *Fiat voluntas tua in caelis et in terra....*

non quod aliquis obsistat, quominus *voluntas dei fiat*, et ei successum voluntatis suae oremus, sed in omnibus petimus fieri voluntatem eius. Ex interpretatione enim figurata carnis et spiritus nos sumus *caelum* et *terra*. Quamquam, etsi simpliciter intellegendum est, idem tamen est sensus petitionis, ut *in nobis fiat voluntas dei in terris*, ut possit scilicet fieri et *in caelis*.... Orat. c. 4. p. 5 sq.

Veniat quoque *regnum tuum* .....

... ad id pertinet, [13] quo et *Fiat voluntas tua*, in nobis scilicet. Orat. c. 5. p. 7.

11. Sed quam eleganter divina sapientia ordinem orationis instruxit, ut post caelestia, id est post *dei nomen*, *dei voluntatem* et *dei regnum*, terrenis quoque necessitatibus petitioni locum faceret....

---

12) *huius* Iunius. — 13) I. 560. *quo et* Leop. *quod et* Agob Gagn. Gelen. Pam. Rig. *quod est* Seml.

11. *Panem nostrum quotidianum da nobis hodie.* Orat. c. 6. p. 8.

In ordinaria etiam oratione *panem* mandans postulandum, non et [14] Attalicas. Ieiun. c. 15. p. 420.

12. Consequens erat, ut observata [15] dei liberalitate etiam clementiam eius precaremur. Quid enim alimenta proderunt, si [16] illis reputamur revera quasi taurus ad victimam? Sciebat dominus se solum sine delicto esse. Docet itaque petamus *dimitti nobis debita nostra* .... Quod .. servus .. non .. parcit debitori suo ac propterea .. tortori delegatur ... eo competit, quod *remittere nos quoque* profitemur *debitoribus nostris.* Iam et alibi ex [16b] hac specie orationis: Remittite, inquit, et remittetur vobis. Orat. c. 7. p. 9.

Debitoribus .. dimissuros nos in oratione profitemur. Pudic. c. 2. p. 370.

13. Adiecit ad plenitudinem tam expeditae orationis, ut non de remittendis tantum, sed etiam de avertendis in totum delictis supplicaremus:

13. *Ne nos inducas in temptationem* . . . . . .

... id est, ne nos patiaris induci, ab eo utique qui temptat ... Respondet clausula, interpretans quid sit: *Ne nos deducas in temptationem.* Hoc est enim:

Sed [17] *devehe nos a malo.* Orat. c. 8. p. 10.

In legitima oratione cum dicimus ad patrem: . . . . . .

14) I. 875. *Attalicas* Gelen. Pam. *Attalicas divitias* Gagn. Rig. — 15) I. 561. *diei* Agob. Gagn. — 16) *illis* Agob. Gagn. Gelen. Pam. *illi* Rig. Murat. *in eis* Iunius. — 16b) I. 562. *hac* om. Murat. — 17) I. 563. *devehe* Agob. Gagn. Rig. Murat. *evehe* Gelen. Pam.

Ne nos inducas in temptationem . . . . . .

. . (quae autem maior temptatio quam persecutio?), ab eo illam profitemur accidere, a quo veniam eius deprecamur. [18] Hoc est enim quod sequitur:

Sed erue nos a maligno . . . . . .

. . [19] id est, *ne nos induxeris in temptationem* permittendo nos *maligno*. Tunc enim *eruimur* [20] diaboli manibus, cum illi non tradimur *in temptationem*. Fug. c. 2. p. 175.

9—13. Compendiis [21] pauculorum verborum [22] quot attinguntur edicta prophetarum, evangeliorum, apostolorum, sermones domini, parabolae, exempla, praecepta! [23] quot simul expunguntur [24] officia! Dei honor in *patre*, [25] fidei testimonium in *nomine*, oblatio obsequii in *voluntate*, commemoratio spei in *regno*, petitio vitae in *pane*, exomologesis debitorum in *deprecatione*, sollicitudo temptationum in *postulatione tutelae*. Orat. c. 9. p. 10 sq.

16. . . . quod inlotos, quod sordulentos, quod extra laetitiam oportet deversari, in . . *oris* de *ieiunio vanitate*. Paen. c. 11. p. 62.

16. 17. Praestituit . . *ieiuniis* legem *sine tristitia transigendis*. Ieiun. c. 8. p. 403.

18. Praecepti, quo iubemur *ieiunia* nostra *celare*. Orat. c. 18. p. 16.

21. *Ubi* . . erit *cor tuum*, *illic*

18) I. 465. *Et hoc est* Vind. Leid. — 19) *id est ne* Rhen. I. Gagn. Gelen. Pam. Rig. *vel ne* Vind. Laur. *id est* — — *maligno* om. Leid. — 20) *e diaboli* Vind. sec. m. *a diaboli* Rig. F. Ursin. — 21. I. 563. *pauculorum* Ambros. Murat. *paucorum* Agob. Gagn. Gelen. Pam. Rig. — 22) *quod* Agob. Ambr. Gagn. Gelen. Pam. — 23) *quod* Agob. Ambros. Gagn. — 24) *officia dei, honor* Ambros. Gagn. Gelen. — 25) *fides* Gagn. Gelen. Pam.

24. *Nemo .. potest duobus dominis servire.* Spect. c. 26. p. 139.

Nemo duobus dominis servire potest. Idol. c. 12. p. 163.

Dominus . .: *Non potestis duobus dominis servire.* Anim. c. 16. p. 241.

Non potestis deo servire et mammonae. Marc. IV. c. 33. p. 321. Coron. c. 12. p. 357.

25. *Nolite*, inquit, *cogitare de victu.* Idol. c. 12. p. 163.

erit *et thesaurus tuus.* Mart. c. 2. p. 68.

Suggillans *illic cor* habentes, *ubi et thesaurum.* Scorp. c. 3. p. 351.

[26] Saulis *thesaurus illic* erat, *ubi et cor* ipsius. Anim. c. 57. p. 332.

24. Qui se *duobus dominis servire posse* praesumpserant. Cor. c. 1. p. 337.

Quibus *duobus dominis* neget *posse serviri*, quia *alterum offendi* sit necesse, *alterum defendi*, ipse declarat. [Luc. 16, 13.] Marc. IV. c. 33. p. 320.

Non possumus deo servire et mammonae. Fug. c. 12. p. 194.

Quomodo *potest* (mulier) *duobus dominis* [27] *deservire?* Ux. II. c. 3. p. 94.

25. Oblitus, *de victu* et *vestitu non* esse *cogitandum.* Monog. c. 16. p. 168.

25—32. Qui *lilia* [28] *agrestia vestit*, qui *volatilia caeli* nullo ipsorum labore *pascit*, qui prohibet *de crastino* [29] *victuque curari*, spondens *scire* se, *quid cuique* servorum suorum *opus sit.* Ux. I. c. 4. p. 79.

26. 28. Deum, etiam [30] *corvorum educatorem*, etiam *florum excultorem.* [Luc. 12, 24.] Monog. c. 16. p. 168.

27. *Nemo potest adicere cubitum unum ad staturam suam.* Spect. c. 23. p. 136.

Mirum, [31] quod contra [32] do-

26) II. 647. *Sauli* Agob. — 27) I. 688. *servire* Agob. — 28) I. 675. *agri tanta gratia* Agob. Rig — 29) *victu vestituque* Agob. Rig. — 30) I. 786. *corvorum* Pam Rig.; lib. Clementis *corporum* reliq. — 31) I. 724. *quod non contra* Agob. Rig. — 32) *dominica praecepta* Rig. *dominica praescripta* Agob. *domini praecepta* reliq.

minica praecepta contenditur. *Ad mensuram neminem sibi* [33] *adicere posse* pronuntiatum est. Cult. c. 7. p. 59.

28. Et *vestitus* habemus exemplum *lilia*. Idol. c. 12. p. 163.

30. *Faenum .. igni* destinatur. Resurr. c. 59. p. 334.

31. 34. Praemiserat: *Nolite de crastino cogitare, quid edatis.* [Luc. 12, 22.] Orat. c. 6. p. 9.

32. Caetera enim *nationes requirunt.* Orat. c. 6. p. 8.

33. Edixerat dominus: *Quaerite prius regnum, et tunc vobis etiam haec adicientur.* Orat. c. 6. p. 8.

Quaerite primum regnum dei, et haec adicientur vobis. [Luc. 12, 31.] Marc. III. c. 24. p. 180.

34. Prohibet *de crastino* victuque *curari.* Ux. I. c. 4. p. 79.

Cap. VII.

1. Dicit: *Nolite iudicare, ne iudicemini.* Pat. c. 10. p. 93.

1. *Non iudicantes, ne iudicemur.* Pudic. c. 2. p. 368.

2. *Iudicantibus* quomodo dominus comminetur. ipse demonstrat:

2. *Quo enim iudicio iudicaveritis, iudicabitur de vobis.* Pudic. c. 2. p. 369.

3. Sed *stipulam* quis *in alieno oculo* facilius *perspicit*, quam *in suo trabem.* Apol. c. 39. p. 95.

5. *Auferte stipulam de oculo* vestro [1] aut *trabem de oculo* vestro, ut *stipulam* de alieno extrahatis Nat. I. c. 19. p. 163.

---

33) *addicare* Vind. Leid. *additare* Vind. sec. m. — 1) I. 347. *aut trabem de* Rig. supplementa Iac. Gothofr. *aut ... de* Agob., ed. pr. Gothofr. 1625.

6. *Nolite*, inquit, [2] *margarita vestra porcis iactare*, [3] *ne conculcent* [4] *ea et conversi vos quoque evertant.* Ux. II. c. 5. p. 95.

Nolite dare sanctum canibus et porcis proicere [5] *margarita vestra.* Bapt. c. 18. p. 205.

7. Dominus: *Petite*, inquit, *et accipietis.* Orat. 9. p. 11. Bapt. c. 20. p. 208. Praescr. c. 8. p. 11.

Quaerite et invenietis. Praescr. c. 8. p. 11. 12. c. 43. p. 56.

Pulsate et aperietur vobis. Praescr. c. 8. p. 11.

8. *Petenti* etiam *dabitur*, inquit, *et pulsanti aperietur et quaerenti invenietur.* Praescr. c. 11. p. 16.

9. Item: *Numquid filio panem poscenti lapidem tradit?* Orat. c. 6. p. 8.

12. *Quomodo vultis ut faciant vobis homines,* [8] *et vos ita facite illis.* Scorp. c. 10. p. 372.

6. Secundum dominicam vocem, *ne margaritam porcis et sanctum canibus iactaret.* Praescr. c. 26. p. 31.

Sanctum canibus et porcis margaritas . . iactabunt. Praescr. c. 41. p. 54.

8. *Quaesistis . . et invenistis, pulsastis* et *apertum est vobis.* Bapt. c. 20. p. 208.

Nec putamus aliis quam *petentibus* impertiendum. Apol. c. 42. p. 103.

[6] Invidia caelum tundimus, [7] deum tangimus et cum misericordiam extorserimus . . Apol. c. 40. p. 100.

13. Legis *mali viam latam* et multo *frequentiorem.* Marc. II. 86.

Facilius si forte per *angustam* salutis *ianuam* introibit caro exilior. Ieiun. c. 17. p. 424.

13. 14. Non quaeritur, qui *la-*

2) I. 689. *margaritas vestras* Agob. Rig. *margarita vestra* reliq. — 3) *nec* Vind. Leid. *ne* om. Agob. — 4) *eas* Rig. *ea* reliq. — 5) I. 637. *margarita vestra* Rig. F. Ursin. *margaritam vestram* Gagn. Gelen. *margaritas vestras* Pam. — 6) I. 271. *inedia* Rhen. — 7) *deum tangimus* om. Rhen. — 8) I. 521. *et vos ita* Gagn. Gelen. Pam. *ita et vos* Agob. *et ita vos* Rig.

Ideo . . [3]quos *deus* ab initio *coniunxit in unam carnem duos*, hodie *homo non separabit.* Monog. c. 5 in. c. 10. p. 155.

Vere *duo in carne una*, ubi *caro una*, unus et spiritus. Ux. II. c. 9. p. 101.

6. *Quos deus coniunxit, homo non separabit.* Monog. c. 9. p. 151.

8. In quaestione repudii dicens illud *propter duritiam* ipsorum *a Moyse* esse permissum, [4]*ab initio autem non ita fuisse* . . Monog. c. 5. p. 141.

In repudii retractatu, quod permissum aliquando iam prohibet: in primis quia *ab initio* [5]*non fuit sic* . . Monog. c. 9. p. 151.

Abstulit repudium, quod *ab initio non fuit.* Monog. c. 9. p. 153.

Repudium *a primordio non fuit.* Monog. c. 9. p. 153.

Temporalem licentiam permittens . . . *Moyses* repudiandi *propter duritiam* [6]*cordis.* Monog. c. 14. p. 164.

Christus abstulit quod *Moy-*

---

1) II. 247. *carnem unam* Pam. *carne una* reliq. — 2) *non disiunget* Pam. Vatic. *disiunxerit*? reliq. — 3) I. 767. *quod* Gelen. — 4) I. 767. *ab initio* — — *ita fuisse* om. Rhen. I. Gagn. — 5) I. 774. *non fuit sic* Pam. Rig. lib. Clem. *haec non fuit* Gelen. *non fuit* reliq. — 6) I. 784. *cordis* Gagn. Gelen. Pam. Rig. Gorz. *carnis* reliq.

12. *Qui semetipsos castraverunt propter regna caelorum.* Resurr. c. 27. p. 263.

Nam et: *Qui potest capere, capiat,* inquit, i. e. Qui non potest, discedat. Monog. c. 14. p. 166.

Reputa deum dixisse: *Qui capit, capiat,* i. e. Qui non capit, discedat. Fug. c. 14. p. 200.

14. Ait . . dominus: *Nolite illos prohibere ad ses praecepit,* quia *ab initio non fuit sic.* Monog. c. 14. p. 164.

Duritiam repudii . . exprobrat et compescit. Monog. c. 9. p. 151.

8. 9. Plane Christus vetat divortium, Moyses vero permittit. Marc. V. c. 7. p. 400.

12. Quot . . sunt . . . qui consensu pari inter se matrimonii debitum tollunt, [7]voluntarii *spadones* pro cupiditate [8]*regni caelestis?* Ux. I. c. 6. p. 82.

Tot virgines, tot *spadones* voluntarii. Virg. c. 10. p. 20.

Non enim et ita multi faciunt et se *spadonatui* [9]adsignant [10]*propter regnum* dei, tam fortem et utique permissam [11]voluptatem sponte ponentes? Cult. c. 9. p. 63.

Ipso domino *spadonibus* aperiente *regna caelorum.* Monog. c. 3. p. 136.

Spadones non tantum ignominia caruerunt, verum et gratiam meruerunt, invitati in *regna caelorum.* Monog. c. 7. p. 147.

Consortes illis (pueris sc.) facit alios post nuptias pueros. Monog. c. 8. p. 151.

Haec (patientia sc.) . . . voluntarium *spadonem* ad *regna caeli* levat. Pat. c. 13. p. 98.

Nos . . etiam sexum a congressione subducimus. Quot *spadones* voluntarii? Resurr. c. 61. p. 338.

14. *Puerorum* dicit esse *regnum caelorum.* Monog. c. 8. p. 150.

---

7) I. 677. *voluntarii spadonibus* Rhen. I. Gagn. Gelen. Pam. — 8) *caelesti* al. — 9) I. 727. *obsignant* Agob. Rig. — 10) *et propter* Rhen. I. Gagn. Gelen. — 11) *voluntatem* Agob. (Baluz.) Rhen. I. *virilitatem* reliq.

me venire. Bapt. c. 18. p. 206.

19. Quo et filius praeceptum dei exsequatur: *Honora patrem et matrem.* Monog. c. 7. p. 148.

Ubi est ergo: *Diliges proximum tuum sicuti te ipsum?* Cult. c. 2. p. 51.

17. *Bonus* natura *deus solus.* Marc. II. c. 6. p. 71.

Deus . . bonus et optimus. Pudic. c. 2 in.

Bonum deum novimus: *solum* optimum [12]a Christo eius addiscimus. Resurr. c. 8. p. 227.

19. Christo . . qui *dilectionem* mandans post suam *in proximum* . . Resurr. c. 9. p. 228.

21. Demonstrans per abiectionem divitiarum laesuras quoque earum computandas non esse. [Luc. 12, 33.] Pat. c. 7. p. 87.

Omnia *vendenda* sunt et *egentibus* dividenda. Idol. c. 12. p. 163.

21—24. Discessit et ille dives, qui non ceperat *substantiae* dividendae *egenis* praeceptum, et dimissus est sententiae suae a domino. Monog. c. 14. p. 166.

23. 24. Semper . . *divites* praedamnat. [Luc. 18, 25.] Pat. c. 7. p. 87.

26. Quae *impossibilia apud homines*, *possibilia apud* [13] *deum.* [Luc. 18, 17.] Resurr. c. 57. p. 331.

Nihil deo difficile, quis hoc nesciat? et *impossibilia* apud saeculum *possibilia apud deum* quis ignoret? Prax. c. 10. p. 208.

Quae *penes homines* difficilia,

12) II. 479. *a Christo eius* Rhen. I. (in marg.), Gagn. Gelen. Pam. Rig. *a Christo* Rhen. I. — 13) II. 544. *deum sunt* Pam. Rig. 3 Vatic.

penes deum facilia. Idol. c. 12 ex.

Praedifficilia *penes homines* facilia *penes deum.* Bapt. c. 2. p. 186.

28. *Sedere in* [14]*thronis* Christi et adsistere tunc ad dexteram vel sinistram . . . [Mt. 20, 23.] Resurr. c. 35 ex.

29. Parentes, coniuges, liberi propter deum relinquendi erunt. Idol. c. 12. p. 163.

Cap. XX.

8. Detinebuntur illi missionis suae *mercedes* in [1]compensationem. Fug. c. 11. p. 190.

9—14. *Uno denario* eiusdem mercedis *operati* i. e. vitae aeternae. Monog. c. 14. p. 155.

16. De *primis novissimos* ostendit. Praescr. c. 3. p. 4.

18. 19. Ad doctrinam . . eius, [2]qua revincebantur, magistri primoresque Iudaeorum ita exasperabantur . . ut postremo oblatum Pontio Pilato . . violentia suffragiorum in crucem [3]Iesum dedi sibi extorserint. Praedixerat et ipse ita facturos. Apol. c. 21. p. 58.

19. Praedixerat *tertia die resurrecturum se* a morte. Apol. c. 21. p. 59.

19. 28. Taceo quod *figitur;* in hoc enim venerat. [Luc. 23, 33.] Pat. c. 3. p. 79.

---

14) II. 512. *thronis duodecim Christi* Pam. (de cod. Io. Clem.) — 1) I. 481. *compensatione* Rhen. I. Gagn. Gelen. Pam. *messionis suae mercedes vel in compensationem* Latinius. — 2) I. 201. *quia* Rhen. I. II. Gelen. Herald. Rig. — 3) *ihesum dedi sibi* Paris. I. II. IV. Goth. Erlang. Rhen. I. II. Gelen. Pam. Herald. Oxon. Erfurt. *dedi sibi* Fuld. Rig. Haverc.

21. *Adsistere* tunc *ad dexteram* vel *sinistram.* Resurr. c. 35. p. 280.

21. 23. *Residere* cum [4]domino in throno eius .. aliquando *Zebedaei filiis* negabatur. Scorp. c. 12. p. 381.

34. *Tangendo* aliquem liberavit a vitio. Marc. III. c. 8. p. 137.

Cap. XXI.

1—5. Dominus tuus, ubi secundum scripturam *Hierusalem* ingredi voluit, nec *asinum* habuit privatum. Coron. c. 13. p. 358.

9. Condicente etiam scriptura: *Benedictus qui venit in nomine domini.* Prax. c. 17. p. 230.

9. Dominus ipse maledictus in lege est, et tamen solus est *benedictus.* Pat. c. 8. p. 90.

13. Terrenum dei *templum* citius *spelunca latronum* appellari potuit a domino, quam moechorum et fornicatorum. Pudic. c. 1. p. 365.

15. 16. Christus *ex ore* [1]*lactantium* et *parvulorum* [2]*expediendo laudem*, nec pueritiam nec infantiam [3]hebetes pronuntiavit: quarum altera cum suffragio occurrens testimonium ei potuit offerre, altera . . . Anim. c. 19. p. 253.

24—27. *Baptismus* ab *Ioanne* denuntiatus iam tunc habuit quaestionem, ab ipso quidem domino propositam Pharisaeis, *caelestisne* is baptismus esset an vero *terrenus.* De quo illi non valuerunt

---

4) I. 529. *deo* Agob. — 1) II. 587. *lactantium* Agob. *lactentium* reliq. — 2) *experiendo* Agob. Gagn. in marg. Rig. *expediendo* reliq. — 3) *habentes* Agob. (Hildebr.), Gagn. *hebetes* Gelen. Pam. Rig.

constanter respondere, utpote [Ies. 7, 9] non intellegentes, quia nec credentes. Bapt. c. 10. p. 195.

32. Legis doctores et Pharisaei, qui *credere noluerunt, nec paenitentiam* [4]*egere.* Bapt. c. 10. p. 195.

33—41. Inducens *parabolam filii.. in vineam missi* post aliquot *servos* et *occisi* a malis rusticis et a patre defensi. Prax. c. 26. p. 255.

34—39. *Filius* a domino *vineae* mittitur ad *cultores* sicut et *famuli*, de *fructibus* petitum. Carn. c. 14. p. 376.

35. Alios (prophetas sc.) .. *lapidaverunt*, alios fugaverunt, plures vero ad *mortis necem* tradiderunt. Iud. c. 13. p. 330.

42. *Lapis, quem reprobaverunt aedificantes, iste factus est in summo anguli.* Marc. V. c. 17. p. 455.

Lapis, inquit, *quem reprobaverunt aedificantes, iste factus est in caput anguli. A domino factum est hoc.* Marc. IV. c. 35. p. 337.

Cap. XXII.

11. In evangelio *indumentum nuptiale* sanctitas carnis agnosci potest. Resurr. c. 27. p. 263.

Qui *vestitum* obsoletassent *nuptialem.* Scorp. c. 6. p. 360.

11—13. Recumbet eo in toro de quo indigne vestiti [1]a tortoribus solent tolli et *abici in tenebras.* Pudic. c. 9. p. 388.

4) I. 629. *agere* Gagn. Gelen *egere* Pam. Rig. Latin. Harris. — 1) I. 811. *a tortoribus* Pam. Rig. lib. Clem. *auribus* reliq. *moribus* Fulv. Ursin.

Unde erit *fletus* et *dentium frendor* nisi ex oculis et [2]ex dentibus? occiso scilicet etiam corpore in gehennam et *detruso in tenebras exteriores*, quae oculorum propria sunt tormenta, si quis in nuptiis minus dignis operibus fuerit indutus, *constringendus* statim *manibus* et *pedibus*. Resurr. c. 35. p. 280.

13. *Dentium frendor* horret *in exterioribus tenebris*. Marc. I. c. 27. p. 53.

14. *Multi vocati, pauci electi.* [Mt. 20, 16.] Fug. c. 14. p. 200.

15—21. Quae .. sunt *Caesaris?* scilicet de quibus tunc *consultatio* movebatur, *praestandusne* esset *census Caesari an non.* Ideo [3]et *monetam* sibi dominus postulavit et de *imagine*, cuius esset, requisivit. Et cum audisset, *Caesaris*:

20. 21. Quomodo *reddam quae sunt dei deo*, utique proinde *imaginem* et *monetam* ipsius inscriptam nomine eius, i. e. hominem Christianum? Quid autem *deo* debeo, sicut *denarium Caesari*, nisi sanguinem quem pro me filius fudit ipsius? Fug. c. 12. p. 196.

21. *Reddite*, ait, *quae sunt Caesaris Caesari et quae sunt dei deo.* Idol. c. 15. p. 169.

Mihi proponere potest [4]scripturam esse: *Reddite quae sunt Caesaris Caesari.* Fug. c. 12. p. 196.

Reddite quae sunt Caesaris Caesari et quae dei deo. Coron. c. 12. p. 357.

21. *Reddere* iubens .. *quae sunt Caesaris Caesari et quae dei deo.* Scorp. c. 14. p. 386. Idol. c. 15. p. 169.

Nec hominem *deo reddere* et *denarium Caesari* auferre. Coron. c. 12. p. 357.

Etiam nunc *Caesari quae*

2) II. 512. *ex* om. Gelen. Pam. Rig. — 3) I. 93. *et* om. Agob. — 4) I. 487. *scriptum esse* Ios. Scaliger.

sunt Caesaris debens. Resurr. c. 22 ex.

Non potest una anima duobus deberi, *deo* et *Caesari*. Idol. c. 19. p. 176.

23. Taceo *Sadducaeos*, qui ex huius erroris radice surgentes ausi sunt ad hanc haeresim etiam *resurrectionem* carnis *negare*. Praescr. c. 45. p. 59. (Adv. omn. Haer. c. 1.)

23—28. Caussa, opinor, *quaestionis* fuit destructio *resurrectionis;* siquidem *Sadducaei* neque animae neque carnis admittunt salutem: et ideo ex [5]qua vel maxime [6] specie *resurrectionis* fides labefactatur, ex [7] ea argumentum problemati suo accommodaverunt: de carnis scilicet obtentu nupturae necne post resurrectionem, sub eius *mulieris* persona quae *septem fratribus nupta* in dubio haberetur, cui eorum restitueretur. Resurr. c. 36. p. 280.

Quoniam in lege praecipitur, ut quis *fratris sui uxorem* sine liberis defuncti *in matrimonium* adsumat ad *suscitandum fratri suo semen*, idque saepius evenire in unam personam potest secundum callidam illam *quaestionem Sadducaeorum* . . Monog. c. 7. p. 146.

25—30. Illa, quam *septem fratribus* per successionem *nupsisse* voluerunt, neminem tot maritorum resurrectionis die offendet nec quisquam illam confusurus exspectat. Ux. I. c. 1. p. 74.

5) II. 513. *quo* Gelen. — 6) *spes resurrectionis labefactatur* Gelen. — 7) *eo* Gelen.

30. *In illo aevo neque nubent neque nubentur, sed erunt aequales angelis.* Monog. c. 10. p. 155.

Erunt, inquit, *tanquam angeli.* Resurr. c. 62. p. 338.

Similes enim erunt angelis. Resurr. c. 36. p. 281.

29. 30. Et *scripturarum ignaros* increpans, earum scilicet quae resurrectionem praedicassent, et *virtutis dei incredulos*, idoneae utique mortuis resuscitandis; postremo subiciens: [8] Quoniam autem mortui resurgant . . [Luc. 20, 37.] Resurr. c. 36. p. 280.

30. Christianis saeculo digressis nulla restitutio nuptiarum in [9] diem resurrectionis repromittitur, translatis scilicet in *angelicam* [10] qualitatem et sanctitatem. Ux. I. c. 1. p. 74.

Sic . . iam in terris non nubendo de familia *angelica* deputantur. Ux. I. c. 4. p. 79.

Et vobis eadem tunc substantia *angelica* repromissa, idem sexus qui et viris, eandem iudicandi dignationem [1 Cor. 6, 3] pollicetur. Hab. c. 2. p. 38.

Illuc habeo devertere ubi post excessum omnino *non* [11] *nubitur* . . . ubi . . deputor *angelis.* Valent. c. 32. p. 183.

Erimus enim *sicut angeli.* Marc. V. c. 10. p. 419.

31. 32. Confirmando, esse quod negabatur i. e. resurrectionem mortuorum apud [12] *dominum vivorum.* Resurr. c. 36. p. 281.

32. *Deus* enim *vivorum, non mortuorum.* Anim. c. 26 ex.

37. *Deum . . diligens ex totis viribus suis . . ex tota anima sua.* [Luc. 10, 27.] Scorp. c. 6. p. 361.

. . quem et iubeor . . *de omni substantia diligere.* Scorp. c. 4. p. 354.

---

8) II. 513. *quam* Rhen. I. — 9) I. 670. *die* Agob. Rig. *diem* reliq. — 10) *quantitatem* Agob. 11) II. 418. *obnubitur* Rig. 3 Vatic. *concumbitur* coni. Oehl. — 12) II. 513. *deum* Pam. Rig. cod. Clem. *dominum* reliq.

37—39. Principali praecepto quod probavit et Christus: *Diliges dominum de totis praecordiis et totis viribus et tota anima tua et proximum* [13] *tuum tanquam* [14] *te ipsum.* [Luc. 10, 27.] Marc. V. c. 8. p. 407.

39. Ubi est ergo: *Diliges proximum tuum sicuti te ipsum?* Cult. c. 2. p. 51.

40. *In his enim duobus praeceptis tota lex pendet et prophetae.* Ieiun. c. 2 ex.

44. *Sede ad dexteram meam, donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum.* Marc. V. c. 9. p. 411. c. 17. p. 450. Prax. c. 4. p. 195.

Haec dicit dominus domino meo. Prax. c. 28. p. 262.

Dixit dominus domino meo: Sede ad dexteram meam, donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum. Prax. c. 11. p. 211.

37. 39. Opus est .. *diligam deum* et *proximum* [15] *tanquam me.* Ieiun. c. 2. ex.

37—39. *Dilectionem* mandans post suam *in proximum* .. Resurr. c. 9. p. 228.

44. *Sessurum, donec ponat* illi pater omnes *inimicos sub pedibus suis.* Prax. c. 30. p. 267.

Cum pater filio *posuerit inimicos sub pedes.* Hermog. c. 11. p. 94.

.. *donec* [16] *ponat inimicos* eius *sub pedes* eius. Marc. V. c. 9. p. 411.

Cap. XXIII.

Indignativum, quo invehitur in *Scribas* et *Pharisaeos.* Anim. c. 16. p. 240.

2. 3. Christus reprobat *Scribas* et *Pharisaeos*, *sedentes in cathe-*

13) II. 298. *tuum* Pam. Rig. Vatic. *tibi* reliq. — 14) *te ipsum* Pam. Rig. Vatic. *te* reliq. — 15) I. 855. *tanquam me* Gagn. Gelen. *mihi* Pam. Rig. lib. Clem. — 16) II. 300. *ponam* Rhen. I.

dra Moysi nec facientes quae docerent. Monog. c. 8. p. 150.

9. Praecepit, *ne quem in terris patrem vocemus*, nisi quem habemus *in caelis.* Orat. c. 2. p. 4.

10. Hic (Paracletus sc.) erit *solus* a Christo *magister* et dicendus et verendus. Virg. c. 1. p. 3.

25. Dicens, illos *calicis* et *catini exteriora emundare, interiora autem ipsorum plena esse rapina et iniquitate* [Luc. 11, 39]. Marc. IV. c. 27. p. 300.

27. ... quia et dominus *Scribas* et *Pharisaeos sepulcris dealbatis adaequaverit.* Resurr. c. 19. p. 246.

35. *Zacharias inter altare et aedem trucidatur*, perennes *cruoris* sui maculas silicibus adsignans. Scorp. c. 8. p. 364.

37. *Hierusalem ... quae occidit prophetas et* [17] *lapidavit ad se missos* et ipsum postremo dominum suum [18] confixit. Resurr. c. 26. p. 262.

Cap. XXIV.

5. Praenuntiaveram plane, futuros *fallaciae* magistros *in meo nomine.* Praescr. c. 44. p. 58.

Legisti, *multos venturos qui dicant: Ego sum Christus.* Marc. V. c. 1. p. 370.

6. 7. Quod externa atque interna *bella* [1] dilaniant, quod *regnis regna* [2] compulsant, quod *fames* et *lues* et locales [3] quaeque cla-

17) II. 501. *lapidat* Gelen. — 18) *confecit* 3 Vatic., cod. Clem. — 1) I. 193. *dilaniarent* Fuld. — 2) *conpulsantur* Erlang. *conpensant* Oxon. — 3) *quoque* Erlang.

des . . vastant . . . [4] providenter scripta sunt. Apol. c. 20. p. 52.

6—9. Ad diem domini magnum . . . signis atque portentis et *concussionibus* elementorum et *conflictationibus* nationum praenotatum. Resurr. c. 22. p. 251.

13. *Qui sustinuerit in finem, iste salvabitur.* Fug. c. 7. p. 185.

13. . . . nisi *qui ad finem usque perseveraverit.* Praescr. c. 3. p. 4.

19. Cur dominus *Vae praegnantibus et nutricantibus* cecinit, nisi quia filiorum impedimenta testatur in illa die expeditionis incommodum futura? Ux. I. c. 5. p. 81.

[5] Adimplebitur *Vae* illud super *praegnantes* [6] *et lactantes.* Cast. c. 9. p. 124.

Vae illud *praegnantibus et lactantibus.* Monog. c. 16. p. 168.

24. Qui *pseudoprophetae* sunt nisi falsi praedicatores? Praescr. c. 4. p. 5. (c. 44. p. 58).

Signa... portentosiora edituros ad evertendos, si fieri possit, electos. Anim. c. 57. p. 332.

Quasi nec hoc scriptum sit, venturos multos qui etiam *virtutes maximas* [7] *ederent.* Praescr. c. 44. p. 57.

Edicens, multos venturos et *signa facturos* et *virtutes magnas edituros, aversionem etiam electorum.* Marc. III. c. 3. p. 123.

30. Hic et *venturus est* rursus *super nubes caeli.* Prax. c. 30. p. 267.

33. *Ita et vos, cum videritis omnia ista fieri,*

4) *providentiae* Fuld. Haverc. — 5) I. 751. *adimplebitur Vae* Rhen. I. Gagn. Gelen. Pam. *Vae . . . adimpl.* reliq. — 6) *et lactantes* om. Agob. Rig. — 7) II. 42. *ediderunt* Rhen. I.

scitote in proximo esse regnum dei [Luc. 21, 31]. Resurr. c. 21. p. 252.

35. *Caelum et terra praeteribunt,* inquit. Hermog. c. 34. p. 127.

36. Ignorans et ipse *diem* et *horam* ultimam, *soli patri* notam. Prax. c. 26. p. 255.

Diem ultimum et occultum nec ulli [8]*praeterquam patri* notum. Resurr. c. 22. p. 251.

In eum *diem* quem *solus pater novit.* Anim. c. 33. p. 286.

38. 39. Nubamus igitur quotidie et nubentes ab ultimo die deprehendamur.. Cast. c. 9. p. 124.

Nubant igitur huiusmodi in finem usque, ut in ista confusione carnis, sicut Sodoma et Gomorrha et *diluvii* dies, ab illo ultimo exitu saeculi deprehendantur [Luc. 17, 28—30]. Monog. c. 16. p. 168.

Cap. XXV.

1—12. Differentiam corporalium sensuum et intellectualium virium .. etiam *parabolae decem virginum* adtemperant: ut *quinque stultae* sensus corporales figuraverint .. *sapientes* autem intellectualium virium notam expresserint. Anim. c. 18. p. 247.

3. Qui *faculis oleum* non praeparassent. Scorp. c. 6. p. 360.

8. 9. Quomodo *oleum faculae* tuae sufficere et tibi et mihi poterit? Pudic. c. 22. p. 435.

8) II. 494. *praeter* Rig., cod. Pith *praeterquam* reliq.

24. Is *colliget* qui *sparsit*, . . . is *metet* segetem qui *seminavit*. Marc. I. c. 29. p. 57.

29. *Etenim qui habet, dabitur ei; ab eo autem qui non habet, etiam quod videtur habere, auferetur* [Mt. 13, 12]. Fug. c. 11. p. 190.

31. [1] *Sedere* ad dexteram patris . . . *venturum cum claritate.* Praescr. c. 13. p. 17.

Cum illam (carnem Christi) et ad dexteram patris in caelis praesidere meminerimus et *venturam* inde suggestu paternae *claritatis* praedicemus. Carn. c. 16. p. 379.

32—46. Ad sumendos sanctos in *vitae aeternae* et promissorum caelestium fructum et ad profanos [2] *iudicandos igni perpetuo.* Praescr. c. 13. p. 17.

Qui . . . [3] et observatis his praemia destinarit, [4] ut qui prodacto aevo isto iudicaturus sit suos cultores in *vitae aeternae* [5] retributionem: profanos in ignem aeque *perpetem* [6] et iugem, suscitatis omnibus ab initio defunctis et reformatis et [7] recensitis ad utriusque meriti [8] dispunctionem. Apol. c. 18. p. 48.

---

1) II. 14. *sedere ad* Rhen. I. Gagn. Pam. *sedisse ad* Agob. Gelen. Rig. — 2) II. 14. *adiudicandos* Rig. ex coni. F. Ursin. — 3) I. 185. *et observatis his* Fuld. Fulv. Ursin. *et observantibus his* Paris. prim. et sec., Goth. Erlang. Rhen. I. Herald. *et observandis his* Rhen. II. [Alii al. legunt.] — 4. *ut qui prodacto* Haverc. ex coni. Herald. *ut qui producto* Paris. prim. et sec., Goth. Erlang. Gelen. Pam. Herald. Oxon. Erfurt. *et qui producto* Paris. quart., Rhen. I. II. *qui producto* Rig. Fulv. Ursin. *ut qui peracto* Fuld. — 5) *restitutionem* Fuld. Haverc. *dispositionem* Vatic. — 6) *et iugem* om. Paris. quart., Rhen. I. II. Oxon. — 7) *recensis* Fuld. — 8) *depunctionem* Erlang.

Tunc restituetur [9]omne humanum genus ad [10]expungendum quod in isto aevo boni seu mali meruit, et [11]exinde pendendum [12]in immensam [13]*aeternitatis* perpetuitatem. Apol. c. 48. p. 118.

35. 36. Ecclesia (Romana) ... videamus quid didicerit, quid docuerit, quid cum Africanis quoque ecclesiis contesserarit ... Legem et prophetas cum evangelicis et apostolicis literis miscet. Inde *potat* fidem, aqua signat, sancto spiritu *vestit*, eucharistia *pascit*, martyrium exhortatur: et ita adversus hanc institutionem neminem *recipit*. Praescr. c. 36. p. 46 sq.

36. Cum *in* [14]*carcere* fratrem vult *visitari*, [15]confessuris imperat curam. Scorp. c. 11. p. 377.

41. Cum .. *diabolus abierit in ignem quem praeparavit illi deus et angelis eius*. Hermog. c. 11. p. 94.

Iam et ipso *diabolo* cum *angelis suis ignibus* merso ... Resurr. c. 58. p. 332.

Angelis perditio reputatur in *ignem praeparatum diabolo et angelis eius*. Carn. c. 14. p. 375.

41—46. Cum (Christus sc.) deum vindictam facturum electorum suorum adfirmat, passiones consolatur illorum. Scorp. c. 11. p. 377.

---

9) I. 294. *omnium hominum gen.* Fuld. — 10) *persolvendum* Gelen. Gorz. — 11) *exinde pendendum* Paris. (Baluz.) Erlang. Rhen. II. Pam. (Oxon.) Gorz. Pamelii libri. *exinde prehendendum* Gelen. *exin dependendum* Rig. Haverc. *exinde dependendum* Paris. quart., Goth. Fulv. Ursin. *exinde deprehendendum* Rhen. I. *exinde* Herald. — 12) *in* om. Paris. quart., Erlang. Rhen. I. II. Gelen. Pam. — 13) *perpetuitatis aeternitatem* Erlang. — 14) *carcerem* Agob. — 15) *confessuris* Agob. Gagn. *confessoris* reliq.

Cap. XXVI.

6—13. Peccatrici feminae etiam corporis sui contactum permittit, lavanti lacrimis pedes eius et crinibus detergenti et [1]*unguento sepulturam* ipsius *inauguranti.* Pudic. c. 11. p. 393.

7. 12. Ne forte dicatur quod .. alium postea *unguenti* senserit spiritum *quod in sepulturam suam acceptavit.* Anim. c. 17. p. 245.

15. Plane [2]non gratuita idololatria, aliquibus aureis venditans [3]Christum, ut *argenteis* Judas. Coron. c. 12. p. 357.

Triginta argenteis appretiatus a proditore. Resurr. c. 20. p. 248.

17. Quae passio .. intra tempora LXX hebdomadarum perfecta est sub Tiberio Caesare, consulibus Rubellio [4]Gemino et [5]Fufio Gemino, mense Martio, temporibus paschae, die VIII. Calendarum Aprilium, *die prima azymorum*, quo *agnum* [6]ut occiderent ad vesperam a Moyse fuerat praeceptum. Iud. c. 8. p. 300.

Cum omne vulgus filiorum Israel ad vesperam *agnum* esset immolaturum, et hanc solennitatem diei huius, i. e. *paschae azymorum*, cum amaritudine manducaturos praecanebat .. Quod ita quoque adimpletum est, ut *prima die azymorum* interficeretis Christum. Iud. c. 10. p. 320.

20—25. Etiam *proditorem suum*

1) I. 814. *ungenti* Agob. — 2) I. 448. *non gratuita* Gagn. Gelen. Pam. Rig. *non gratia* Laurent. Rhen. I. *gratuita* Agob. (prob. Hild.). — 3) *Christum* om. Agob. — 4) II. 719. *Geminio* Agob. — 5) *Fufio Gemino* Fr. Iunius. *Rufino Gemino* Rigalt. *Rufio Geminio* Leid. *Rufio Gemino* reliq. — 6) *occiderunt ad vesp. sicuti a M.* Fuld.

secum habuit nec constanter denotavit. Pat. c. 3. p. 79.

24. Et dominum tradi oportebat, sed *vae traditori.* Praescr. c. 30. p. 36.

26. Corpus eius in pane censetur: *Hoc est corpus meum.* Orat. c. 6. p. 8.

26. Sic .. deus in evangelio... revelavit, *panem corpus suum* appellans [Luc. 22, 19]. Marc. III. c. 19. p. 164.

26. 27. Eucharistiae sacramentum, et in tempore *victus* et *omnibus* mandatum a domino, etiam antelucanis coetibus nec de aliorum manu quam praesidentium sumimus. Coron. c. 3. p. 341.

27. 28. Ne forte dicatur quod .. alium postea *vini* saporem (senserit) quod in *sanguinis sui* memoriam consecravit. Anim. c. 17. p. 245.

38. *Anxia est*, inquit, *anima mea usque ad mortem.* Carn. c. 13. p. 374.

38. *Trepidat* (caro) *ad mortem.* Carn. c. 9. p. 367.

Alium magnanimum, alium vero *trepidantem.* Carn. c. 24. p. 395.

Quanquam et *animam* circumferret *trepidantem usque ad mortem.* Resurr. c. 18. p. 244.

Una *anima*, illa *tristis usque ad mortem.* Carn. c. 13. p. 375.

Professus .. et ipse est *animam anxiam usque ad mortem.* Fug. c. 8. p. 186.

Caro ... *anxia usque ad mortem.* Prax. c. 27. p. 259.

39. Postulans .. sed subiungens et reliqua: *Verum non quod ego volo, sed quod tu.* Fug. c. 8. p. 186.

39. *Postulavit* et ipse a *patre, si fieri posset, transiret ab illo calix* passionis. Fug. c. 8. p. 186.

40. 41. 56. *Temptati* sunt dominum deserendo [6]qui *somno* po-

6) I. 563. *quia* Agob. (Baluz.) Gagn. *qui* Gelen. Pam. Rig. Murat.

tius indulserant quam *orationi.* Orat. c. 8. p. 10.

40. 51. 56. 57. 69 sqq. Adeo *temptati* sunt, quoniam *obdormierunt,* ut adprehensum dominum *destituerint*, et qui cum eo [7]perstiterit et *gladio sit usus*, *ter* etiam *negaverit.* Bapt. c. 20. p. 207.

41. Hunc locum posterioribus confirmat: *Orate,* dicens, *ne temptemini.* Orat. c. 8. p. 10.

Vigilate et orate, inquit, *ne incidatis in temptationem.* Bapt. c. 20. p. 207.

Spiritus promptus, sed caro sine patientia *infirma.* Pat. c. 13. p. 99.

Dixit dominus: *Caro infirma,* sed praemisit et: *Spiritus promptus.* Monog. c. 14. p. 165.

Caro enim, inquit, *infirma.* Carn. c. 9. p. 367.

41. *Carnem* legimus *infirmam*... legimus tamen et *spiritum firmum.* Ux. I. c. 4. p. 78.

Scimus ex dominico praecepto quod *caro infirma* sit, *spiritus promptus.* Mart. c. 4 in.

Professus .. est ... *carnem infirmam*... Praeponit: *Spiritus promptus.* Fug. c. 8. p. 186.

47. 49. .. quibus inde conceperat viribus occurrit illi, [8]*Κύριε χαῖρε.* Valent. c. 16. p. 167.

51. 52. Patientia domini in *Malcho vulnerata* est [Io. 18, 10]. Pat. c. 3. p. 79.

52. Increpito etiam *Petri gladio.* Fug. c. 8. p. 186.

Omnem postea militem dominus in *Petro exarmando* discinxit. Idol. c. 19. p. 177.

Itaque et *gladii* opera maledixit in posterum. Pat. c. 3. p. 79.

Domino pronuntiante, *gladio*

7) I. 640. *praestitit* Gagn. — 8) II. 403. *quirie* (*quiri* Vind.) *chaere* Vind. Leid. Rhen. I. Gagn. Gelen.

periturum qui gladio fuerit usus. Cor. c. 11. p. 354.

52. 53. Ille cui *legiones angelorum*, si voluisset, uno dicto de caelis adfuissent, ne unius quidem [9] discentis *gladium* [10] ultorem probavit. Pat. c. 3. p. 79.

Gladium nec dominicae defensioni necessarium reddidit. Coron. c. 1. p. 338.

53. Illius ... cui sancti abundabant. Marc. IV. c. 8. p. 205.

Nec auxilium *a patre* [11] *angelorum exercitum* desideravit. Fug. c. 8. p. 186.

Habens potestatem *legiones angelorum postulandi* ad auxilium *a patre*, si vellet. Prax. c. 26. p. 255.

54. 56. Ut *scripturae implerentur* de ore prophetarum. Iud. c. 10. p. 314.

Ut et prophetiae *implerentur*. Iud. c. 10. p. 320.

Ut ea quae praedicata sunt a prophetis, per vos ei obventura *implerentur*. Iud. c. 10. p. 313.

64. Cum illam (carnem Christi) et *ad dexteram* patris in caelis *praesidere* meminerimus et *venturam* inde suggestu paternae claritatis praedicemus. Carn. c. 16. p. 379.

67. An ausus esset [12] aliquis ungue summo [13] perstringere corpus novum, [14] *sputaminibus con-*

---

9) I. 592. *educentis* Rhen. I. (ex libro Paterniacensi). — 10) *in ultorem* Gelen. Pam. — 11) I. 475. *angelorum exercituum* Rhen I. Gagn. Gelen. Pam. *angelorum exercitum* aut *angelicorum exercituum* Rhenanus. *angelorum exercitum* Rig. — 12) II. 444. *aliqui* Agob. (Hild.). — 13) *pertinguere* Agob. (Baluz.). *perunguere* Agob. (Hild.). — 14) *sputaminibus* Agob. Rig. *ullam sput.* Rhen. I. Gagn. Gelen. Pam. *illam sput.* Rhen. I. in marg.

taminare faciem..? [Mt. 27, 30]. Carn. c. 9. p. 367.

67. 68. *Despuitur,* [15] *verberatur,* deridetur. Pat. c. 3. p. 79.

Cap. XXVII.

2. Cum vero *traditur*... Pat. c. 3. p. 79.

Quem isti ... in *Pilati* tribunal imponunt. Prax. c. 16. p. 229.

3. Locupletes pro morte eius, qui scilicet .. a *Iuda* traditionem redemerant. Marc. III. c. 23. p. 176.

3—10. Et quantitatem et exitum *pretii* postea *Iuda paenitente* revocati et in *emptionem* dati *agri figuli*... *Hieremias* praecanit. Marc. IV. c. 40. p. 357.

5. Pecuniam... *proiectam.* Marc. IV. c. 4. p. 191.

9. 10. Sicut in evangelio Matthaei continetur, Hieremias praecanit: *Et acceperunt triginta* [1] *argenteos, pretium appretiati* [2] vel honorati, *et dederunt* [3] *eos in agrum figuli.* Marc. IV. c. 40. p. 357.

22. 23. Pueros vocem, qui *crucem clamant?* [Luc. 23, 21]. Valent. c. 2. p. 145.

24. Cum deditur in crucem, *aqua* intervenit; sciunt *Pilati manus.* Bapt. c. 9 ex.

25. Illos .. qui hanc ultro sibi sententiam fue-

15) I. 592. *flagellatur* Magliab. — 1) II. 267. *argentea* Rig. — 2) *vel honorati* om. Latin. et Iunius. — 3) *ea* Rhen. I. Rig.

rant irrogaturi: *Sanguis illius super capita nostra et filiorum nostrorum.* Marc. II. c. 15 ex.

Omnis synagoga [4]filiorum Israel eum interfecit, dicentes ad Pilatum, cum vellet eum dimittere: *Sanguis huius super nos et super filios nostros.* Iud. c. 8. p. 300.

26. Ita exasperabantur ... ut postremo oblatum Pontio Pilato, Syriam tunc [5]ex parte Romana [6]procuranti, violentia suffragiorum *in crucem* [7]*Iesum dedi* sibi extorserint. Apol. c. 21. p. 58.

28—31. Numquid tamen [8]subeundae morti etiam contumeliis opus fuerat?.. *Despuitur,* [9]*verberatur, deridetur,* foedis *vestitur,* foedioribus *coronatur.* Pat. c. 3. p. 79.

29. Fecerat (domus sc. Israelis) .. *spinas* ex quibus Christum *coronaverat.* Jud. c. 14. p. 332.

Vir ecclesiae Christus Iesus, quale, oro te, sertum pro utroque sexu subiit? ex *spinis* opinor et *tribulis*.... Contumelia in promptu est et turpitudo et dedecoratio et his implexa saevitia, quae tunc domini tempora et foedaverunt et lancinaverunt .... Si ob haec *caput* ei tuum debes, tale si potes ei repende quale suum pro tuo obtulit: aut nec floribus *coroneris,* si *spinis* non potes. Coron. c. 14. p. 361 sq.

30. *Arundine* et colaphis *di-*

4) II. 719. *filiorum* om. Fuld. — 5) I. 201. *ex parte Romanam* Fuld. *ex plebe Romana* Leid. — 6) *procurantem* Erlang. *procurati* Ambros. — 7) *Iesum* om. Fuld. Rig. Haverc. — 8) I. 592. *subeundae* Gagn. Gelen. Pam. Rig. Magliab Laurent *subiendae* 3 Vatic. *subigendae* Gagn. in marg. — 9) *flagellatur* Magliab.

verberatus, sputamentis dedecoratus. Spect. c. 30 ex.

34. Passus . . potus amaros. Resurr. c. 20. p. 248.

Felle et aceto *potatus.* Spect. c. 30 ex.

Favos post *fella gustavit* [Luc. 24, 42. 43]. Coron. c. 14. p. 362.

35. Psalmi prophetiam: *Dispertiti sibi sunt vestimenta mea et in vestitum meum sortem miserunt.* Marc. IV. c. 42. p. 363.

35. Taceo quod *figitur*; in hoc enim venerat. Pat. c. 3. p. 79.

Sortem passus in *vestimento.* Resurr. c. 20. p. 248.

37. Nec ante rex gloriae a caelestibus salutatus est, quam *rex Iudaeorum* proscriptus [10]in crucem. Coron. c. 14. p. 362.

39. Passus . . . *capitum* irridentium *nutus.* Resurr. c. 20. p. 248.

39. 41. Locuti sunt labiis et *capita moverunt.* Marc. IV. c. 42. p. 363.

43. *Speravit in deum, liberet eum.* Marc. IV. c. 42. p. 363.

45. Eodem momento dies [11]medium orbem signante sole subducta est. Apol. c. 21. p. 58.

In eam usque horam celebranda pressura est in qua *a sexta contenebratus* orbis defuncto domino lugubre fecit officium. Ieiun. c. 10. p. 409.

46. Etsi in isto evangelio non est revelatum: *Deus meus, ad quid me dereliquisti?* Prax. c. 25. p. 252.

Habes ipsum exclamantem in passione: *Deus meus, deus meus, ut quid*

46. Exclamans quod *se deus reliquisset.* Prax. c. 26. p. 255.

10) I. 455. *cruci* Agob. Rig. — 11) I. 202. *media* Fuld. Haverc.

me dereliquisti? Prax. c. 30. p. 266.

50. Denique et mortua est (caro Christi). Prax. c. 27. p. 259.

Suffixus .. *spiritum cum verbo* sponte [12] *dimisit*, [13] praevento carnificis officio. Apol. c. 21. p. 58.

51. 52. In passione Christi .. *terra* quoque *contremuit* et *velum templi scissum est* et monumenta dirupta sunt. Iud. c. 13. p. 329.

57—60. Educari an *sepeliri?* in praesepe deponi an *in* [14] *monumentum recondi*? Carn. c. 5 in. .. ut ieiunemus ad serum, exspectantes tempus dominicae *sepulturae, cum Ioseph postulatum detulit corpus et condidit.* Ieiun. c. 10. p. 409.

59—66. [15] Tunc Iudaei detractum et *sepulcro conditum* [16] magna etiam militari manu *custodiae* diligentia [17] circumsederunt, ne, quia praedixerat *tertia die resurrecturum se* a morte, *discipuli furto amoliti cadaver fallerent* suspectos. Apol. c. 21. p. 59.

66. Quem isti ... in [18] *monumentis* Ioseph *reconcludunt.* Prax. c. 16. p. 229.

Cap. XXVIII.

2—4. 6. [1] Sed ecce, die tertia *concussa* repente *terra* et *mole revoluta* quae obstruxerat sepulcrum, et [2] custodia pavore dis-

12) I. 202. *demisit* Paris. prim. et quart. Goth. Erfurt. — 13) *praeeunte* Paris. quart. — 14) II. 433. *monimento* Agob. *monumento* Rig. *monumentum* reliq. cum Montisp. — 15) I. 202. *hunc* Rig. F. Ursin. — 16) *magna etiam militaris custodiae* Fuld. Rig. Haverc. — 17) *circumsepserunt* Vatic. — 18) II. 676. *monumento* Pam. Rig. Vatic. — 1) I. 203. *Sed ad diem tertiam* Fuld. — 2) *custodiae* Paris. prim. et sec.

iecta, nullis apparentibus discipulis nihil in sepulcro repertum est praeterquam [3]exuviae sepulti. Apol. c. 21. p. 59.

12. 13. Dati sunt pessimi pro sepultura eius, qui scilicet [4]*subreptum eum* asseveraverant: et locupletes pro morte eius, qui scilicet et a Iuda traditionem redemerant et a militibus falsum testimonium *cadaveris subrepti*. Marc. III. c. 23. p. 176.

12—15. Nihilominus tamen [5]*primores*, quorum intererat et scelus divulgare et populum vectigalem et [6]famularem sibi [7]a fide [8]revocare, *subreptum a discipulis* iactitaverunt. Apol. c. 21. p. 59.

13. Si post [9]mortem de sepulcro *a discipulis subreptus*.. Apol. c. 23. p. 67.

Hic est quem clam *discentes subripuerunt*, ut [10]resurrexisse dicatur. Spect. c. 30 ex.

16—20. Cum *discipulis* autem quibusdam apud *Galilaeam*, Iudaeae [11]regionem, ad quadraginta dies egit, docens eos quae docerent. Apol. c. 21. p. 59.

18. A patre .. a quo *omnem* accipit *potestatem in caelis et in terris*. Fug. c. 2. p. 175.

Cui *data est omnis potestas* a patre *in caelis et in terra*. Prax. c. 16. p. 227.

---

3) *exuviae sepulchri* Rig. *exuvias sepulturae* Fuld. — 4) II. 155. *subreptum eum* Pam. Rig. *subreptam eam* Rhen. I. Gagn. Gelen. Laurent. — 5) I. 203. *primores Iudaeorum quorum* Fuld. — 6) *familiarem* Erlang. Fuld. Oxon. Vatic. — 7) *a fide* Paris. prim., sec. et quart. Goth. Erlang. Fuld. Rhen. I. Gelen. Herald. Rig. Erfurt. Oxon. Pamelii libri. *ad fidem* Gorz. Bongars. Ambros. Rhen. II. Pam. — 8) *avocare* Fuld. — 9) I. 215. *crucem* Fuld. Haverc. — 10) I. 62, *surrexisse* Agob. — 11) I. 203. *regionis ad quinquaginta* Fuld.

19. Lex.. tinguendi imposita est et forma praescripta. *Ite*, inquit, *docete nationes, tinguentes eas in nomen patris et filii et spiritus sancti.* Bapt. c. 13. p. 201.

19. [12] Praecepit, ut *vaderent ad docendas* et *tinguendas nationes.* Praescr. c. 8. p. 12.

Quamdiu in terris agebat, ipse pronuntiabat sive populo palam sive discentibus seorsum. Ex quibus duodecim praecipuos lateri suo adlegerat, destinatos nationibus magistros. Itaque uno eorum decusso reliquos undecim, [13] regrediens ad patrem post resurrectionem, iussit *ire et docere nationes,* [14] *tinguendas in patrem et* [15] *in filium et* [16] *in spiritum sanctum.* Praescr. c. 20. p. 23.

Dominus Iesus Christus apostolos misit ad praedicandum. Praescr. c. 20. p. 24.

Novissime mandans, ut *tinguerent in patrem et filium et spiritum sanctum.* Prax. c. 26 ex.

(Ablutionem delictorum) fides impetrat obsignata *in patre et filio et spiritu sancto.* Bapt. c. 6. p. 192.

Dehinc ordinatis eis ad officium praedicandi per orbem... Apol. c. 21. p. 59.

Discipuli quoque diffusi per orbem [17] ex praecepto magistri dei paruerunt. Apol. c. 21. p. 60.

Nulla iam gens dei extranea est, in omnem terram et in terminos orbis evangelio coruscante. Anim. c. 49. p. 315.

---

12) II. 11. *praecipit vaderent* Agob. — 13) II. 18. *digrediens* Agob. Rig. — 14) *intinguendas* Rig. — 15) *in* om. Agob. (Baluz.). — 16) *in* om. Agob. (Baluz.) Rhen. I. Gagn. Gelen. — 17) I. 204. *ex* om. Rig.

Evangelium secundum Marcum.

Tertullian erwähnt das Evangelium des *Marcus* Marc. IV. c. 2. p. 187: Nobis fidem .. ex apostolicis Lucas et *Marcus* instaurant. c. 5. p. 194: .. licet et *Marcus* quod edidit (evangelium), Petri affirmetur, cuius interpres *Marcus*. — Eine anderweitige, ausführlichere Erwähnung oder Besprechung dieses evangelischen Berichtes findet sich bei Tertullian, der ihn weit seltener citirt, als die anderen Evangelien, nicht.

Cap. I.

2. Per prophetam spiritus dicens ex persona patris: *Ecce, mitto angelum meum ante faciem tuam .. qui praeparabit viam tuam ante te.* Iud. c. 9. p. 309.

24. Hoc et .. daemonia confitentur: *Scimus qui sis, filius dei.* Prax. c. 26. p. 255.

35. Ipse dominus *in secessu* frequentius agebat, ut liberius *oraret.* Mart. c. 2. p. 68.

Cap. II.

7. *Quis enim dimittit delicta, ni solus deus?* Pudic. c. 21. p. 430.

7. *Neque peccatum dimittit* neque spiritum indulget *nisi deus solus.* Bapt. c. 10. p. 196.

Quis autem poterat *donare delicta?* hoc *solius* [1] ipsius est. Pudic. c. 21. p. 430.

Nos .. *solum* dominum meminimus *delicta concedere.* Pudic. c. 3. p. 372.

15. Ille .. prandiorum et cenarum cum *publicanis* et *pecca-*

1) I. 842. *spiritus est* Latinius.

toribus frequentator. Monog. c. 8. p. 151.

17. *Medicum non desiderant nisi male habentes.* Resurr. c. 9. p. 228.

Cap. V.

1. 9. Ego illi non modo duas animas in unum congestas ostendissem, sicut et corpora, in foetibus, verum et alia multa cum anima conserta, daemonis scilicet, nec unius . . . verum et *legionarii numeri*, ut in *Geraseno*. Anim. c. 25. p. 267.

9—13. Nec in *porcorum gregem* diaboli *legio* habuit potestatem, nisi eam de deo impetrasset. Fug. c. 2. p. 175.

Cap. VI.

13. Debiles redintegraverunt (apostoli) [Act. 3, 1 sqq. 8, 7. 28, 8. 9]. Pudic. c. 21. p. 431.

Cap. VII.

3. 4. Israel *Iudaeus* quotidie *lavat*, quia quotidie inquinatur. Bapt. c. 15. p. 202.

15. Cur quae ore prolata *communicant hominem*, ea per oculos et aures admissa non videantur *hominem communicare*: cum spiritui appareant aures et oculi nec possit mundus praestari, cuius apparitores inquinantur? Spect. c. 17 ex.

. . ipsum dominum in evangelio ad omnem circa victus scrupulo-

sitatem compendio respondisse, *non his coinquinari hominem quae in os inferantur, sed quae* ex ore *proferantur.* Ieiun. c. 2. p. 392.

27. Ecce doctrinae suae *panem* prioribus offert [2]Israelitis: certe ut *filios* praefert. Ecce aliis eum nondum impertit: certe ut *canes* praeterit. Marc. IV. c. 7. p. 199.

Saturato Israele apostoli in nationes transierunt. Fug. c. 6. p. 183.

Cap. VIII.

11. Hoc quidem scriptura non dicit, alias non tacens, cum quid *temptationis* gratia factum est [3]circa eum . . . Et accesserunt ad eum Pharisaei *temptantes* [4]*eum.* Carn. c. 7. p. 359.

27. Nec alios novit Christus homines, quam de quibus dicit: *Quem me aiunt esse homines?* Scorp. c. 10. p. 372.

38. *Qui* [5]*me*, inquit, *confusus fuerit, confundar et ego* [6]*eum.* Carn. c. 5. p. 352.

Cap. IX.

6. [7]Quando magis, quam cum visa claritate eius *nescit quid diceret Petrus?* Marc. IV. c. 22. p. 277.

---

2) II. 169. *israelis* Laurent. — 3) II. 439. *erga* Agob. — 4) *eum* Agob. *eum* om. reliq. — 5) II. 434. *mei* Rig. Montisp. F. Ursin. *me* Agob. (Baluz.) Rhen. I. Gagn. Gelen. Pam. — 6) *eum* Pam. e Vatic. *eius* reliq. — 7) II. 218. *quando* Rhen. I. Rig. *quanto* Gagn. Gelen. *quo* Pam. (Latin.).

7. Dicendo . .: *Hic est filius meus dilectus, hunc audite.* Prax. c. 19. p. 234.

44. *Quoniam vermis illorum non decidet et ignis eorum non exstinguetur.* Resurr. c. 31 ex.

Cap. X.

52. Sequebantur illum qui credenti cuique salutem pollicebatur. *Fides tua te*, aiebat, *salvum fecit.* Bapt. c. 12. p. 200.

Cap. XII.

13. Cum his (Sadducaeis et Pharisaeis praetermitto) etiam *Herodianos*, qui Christum Herodem esse dixerunt. Adv. omn. Haer. c. 1 (Praescr. c. 45. p. 59).

25. Subiciens: [8] *Quoniam autem mortui resurgant . . . Similes enim erunt angelis.* Resurr. c. 36. p. 281.

Dominica pronuntiatio . . *Erunt*, inquit, *tanquam angeli.* Resurr. c. 62. p. 338.

Cap. XIV.

13. Cum ultimum pascha dominus esset acturus, missis discipulis ad praeparandum: [9] *Invenie-*

8) II. 513. *quam* Rhen. I. *quoniam* Gagn. Gelen. Pam. Rig. — 9) I. 639. *convenietis* Gagn. Gelen. *invenietis* Pam. Rig.

tis, inquit, *hominem aquam baiulantem.* Bapt. c. 19. p. 206.

14. 15. *Paschae celebrandae* locum de signo aquae ostendit. Bapt. c. 19. p. 207.

21. Dominum *tradi* oportebat, *sed vae traditori.* Praescr. c. 30. p. 36.

Cap. XVI.

1—3. Quis . . haec non credat in recogitatu mulierum illarum volutata . . . ? Marc. IV. c. 43. p. 366.

9. . . verum et *septenarii spiritus*, ut in *Magdalena.* Anim. c. 25. p. 267.

15. Dehinc ordinatis eis ad officium *praedicandi per orbem* . . Apol. c. 21. p. 59.

19. . . omnem passim carnem et sanguinem a regno dei [10] extrusit, utique [11] et ab ipsa regia caelorum: cum illic adhuc [12] *sedeat* Iesus *ad dexteram* patris. Resurr. c. 51. p. 315.

20. Discipuli quoque *diffusi per orbem* [13] ex praecepto magistri dei paruerunt. Apol. c. 21. p. 60.

---

10) II. 534. *extruxit* Vind. Leid. Rhen. I. Gagn. — 11) *et* om. Vind. — 12) *sedet* Seml. — 13) I. 204. *ex* om. Rig.

Evangelium secundum Lucam.

Nobis fidem ex apostolis Ioannes et Matthaeus insinuant, ex apostolicis *Lucas* et Marcus instaurant... (Marc. IV. c. 2. p. 187).

Dieser Erwähnung des *Lucas* inmitten der drei anderen evangelischen Berichterstatter fügt Tertullian Marc. IV. c. 5. p. 193 sq. hinzu: Dico itaque apud illas, nec solas iam apostolicas, sed apud universas quae illis de societate sacramenti confoederantur, id *evangelium Lucae* ab initio editionis suae stare quod cum maxime tuemur.... *Lucae digestum* Paulo adscribere solent. Capit magistrorum videri quae discipuli promulgarint.

Die Glaubwürdigkeit dieses Evangeliums berührt er Prax. c. 1. p. 189: Numquid mendacium evangeliis exprobrabit dicens: Viderit Matthaeus et *Lucas?* Ceterum ego ad ipsum deum accessi, ipsum omnipotentem cominus temptavi [Mt. 4, 1. 3. 6. Luc. 4, 1. 2. 3. 9]... Sed enim ipse (diabolus) potius a primordio mendax est.

Ueber das Lucasevangelium des Marcion äussert sich Tertullian an verschiedenen Stellen seiner Schriften. Man vgl. besonders Marc. IV. c. 2. p. 188 sq.: Ex iis commentatoribus quos habemus *Lucam* videtur Marcion elegisse quem caederet. Porro Lucas non apostolus, sed apostolicus, non magister, sed discipulus, utique magistro minor, certe tanto posterior quanto posterioris apostoli sectator, Pauli sine dubio, ut et si sub ipsius Pauli nomine evangelium Marcion intulisset, non sufficeret ad fidem singularitas instrumenti destituta patrocinio antecessorum. Exigeretur enim id quoque evangelium quod Paulus invenit, cui fidem dedidit, cui mox suum congruere gestiit... Igitur si ipse illuminator Lucae auctoritatem antecessorum et fidei et praedicationi suae optavit, quanto magis eam *evangelio Lucae* expostulem, quae evangelio magistri eius fuit necessaria? c. 3: Aliud est si penes Marcionem a discipulatu Lucae coepit religionis Christianae sacramentum. Ceterum si et retro decucurrit, habuit utique authenticam

paraturam, per quam ad Lucam usque pervenit, cuius testimonio adsistente Lucas quoque possit admitti .... — c. 4. p. 191 sq.: Quod ergo pertinet ad *evangelium* interim *Lucae*, quatenus communio eius inter nos et Marcionem de veritate disceptat, adeo antiquius Marcione est quod est secundum nos, ut et ipse illi Marcion aliquando crediderit, cum et pecuniam in primo calore fidei catholicae ecclesiae contulit, proiectam mox cum ipso, posteaquam in haeresim suam a nostra veritate descivit... Si .. id *evangelium* quod *Lucae* refertur penes nos (viderimus an et penes Marcionem), ipsum est quod Marcion per Antitheses suas arguit ut interpolatum a protectoribus Iudaismi ad concorporationem legis et prophetarum, qua etiam Christum inde configerent, utique non potuisset arguere nisi quod invenerat. Nemo post futura reprehendit quae ignorat futura. Emendatio culpam non antecedit. Emendator sane evangelii a Tiberianis usque ad Antoniniana tempora eversi Marcion solus et primus obvenit, expectatus tamdiu a Christo, paenitente iam quod apostolos praemisisse properasset sine praesidio Marcionis. Nisi quod humanae temeritatis, non divinae auctoritatis, negotium est haeresis, quae sic semper emendat evangelia, dum vitiat... Itaque dum emendat, utrumque confirmat, et nostrum anterius, id emendans quod invenit, et id posterius quod de nostri emendatione constituens suum et novum fecit. — — Nachdem er hierauf die von den Aposteln gegründeten und die von Johannes in der Apokalypse genannten Christengemeinden erwähnt hat, fährt er c. 5 nach dem bereits oben angeführten Satze: Dico itaque — — cum maxime tuemur also fort: *Marcionis* vero plerisque nec notum, nullis autem notum ut non eo damnatum [vielleicht zu lesen: ut non condemnatum]..... Si enim apostolica integre decucurrerunt, *Lucae* autem *quod est secundum nos* adeo congruit regulae eorum ut cum illis apud ecclesias maneat, iam et *Lucae* constat integrum decucurrisse usque ad sacrilegium Marcionis. — Dass bei dem Evangelium Marcion's jede Angabe eines Verfassers fehlte, rügt Tertullian

Marc. IV. c. 2: Contra Marcion evangelio scilicet suo nullum adscribit auctorem, quasi non licuerit illi titulum quoque affingere cui nefas non fuit ipsum corpus evertere. — Von Marcion's Lehrer, Cerdon, gibt der pseudotertullianische Tractat adversus omnes Haereses c. 4 die Notiz: Solum evangelium Lucae, nec tamen totum, recipit.

Im Gegensatze zu dem verkürzten und sonstwie veränderten des Marcion (dessen Discussion er ausdrücklich ankündigt, Marc. III. c. 17: quoniam ipsum quoque Marcionis evangelium discuti placuit) nennt Tertullian das Evangelium des Lucas *nostrum* evangelium (z. B. Marc. IV. c. 7. p. 201: Haec et ab angelo exceperat secundum *nostrum* evangelium) und, insoweit dasselbe von Marcion angenommen wurde, *commune* instrumentum (Marc. V. c. 6. p. 395).

Nicht uninteressant ist, was das aus der afrikanischen Kirche stammende sogenannte „Muratori'sche Fragment" von dem kanonischen Lucasevangelium und seinem Verfasser berichtet (s. *Credner* Gesch. d. neut. Kan. S. 355): Tertio evangelii librum secundo Lucam. Lucas iste medicus post ascensum Christi, cum eo [= eum] Paulus quasi ut iuris studiosum secundum adsumsisset, numeni [= nomine] suo ex opinione*) conscriset [= -ipsit], dominum tamen nec ipse vidit in carne: et idem, prout a[s]sequi potuit, ita et ab nativitate Iohannis incipet [= -pit] dicere.

---

*) Der Beisatz *ex opinione* soll sich, wie *Credner* a. O. S. 153 vermuthet hat, auf Luc. 1, 3: ἔδοξε κἀμοί beziehen, mithin wohl ungefähr s. v. a. nach seinem Dafürhalten bedeuten. Allein eine derartige blosse Redewendung des Evangelisten kann unmöglich dem Verfasser des Fragmentes als so wichtig erschienen sein, dass er es für nöthig gehalten hätte, sie in seinem nur siebenzeiligen Berichte von dem 3. Evangelium besonders zu erwähnen. Offenbar heisst *ex opinione* hier: vom Hörensagen, nach dem im Volke lebenden Gerüchte, und bildet den Gegensatz zu dem sogleich folgenden *videre in carne* und zu der sodann weiter ersichtlichen Bezeichnung des Johannes als eines *ex discipulis*. Belege für den (schon aus Sueton bekannten) Gebrauch von *opinio* in der Bedeutung von *fama*, *rumor*, ἀκοή finden sich in meiner Schrift Itala und Vulgata S. 318.

Cap. I.

5—7. Ecce statim quasi in limine [1]duae nobis antistites Christianae sanctitatis occurrunt, monogamia et continentia, alia pudica in *Zacharia sacerdote*, alia integra in Ioanne antecursore, alia placans deum, alia praedicans Christum, alia totum praedicans sacerdotem, alia plus praeferens quam propheten [2]... Monog. c. 8. p. 148 sq.

5—55. Aspice viventes uteros sanctissimarum feminarum, nec modo spirantes iam illic infantes, verum etiam prophetantes .... Aspice etiam singulares conceptus, et quidem monstrosiores, sterilis et virginis, quae vel hoc ipso imperfectos edere potuissent pro eversione naturae, ut altera [3]semini stupida, altera intacta. Decebat si forte sine anima nasci, qui fuerant non rite concepti, sed et illi vivunt in suo quisque utero. Anim. c. 26. p. 268 sq.

11. Si quidem inreverens est assidere sub conspectu contraque conspectum eius quem [4]cum maxime reverearis ac venereris, quanto magis sub conspectu dei vivi, angelo adhuc orationis [5]adstante, factum istud inreligiosissimum est! Nisi exprobramus deo quod nos oratio fatigaverit. Orat. c. 16. p. 15.

17. Habes angeli vocem: *Et ipse*, inquit, *prae-*

17. Non enim aliud fuit *Helias* quam Ioannes qui *in virtute et*

1) I. 772. *duae* Gelen. Pamel. Rigalt. *duo* reliqui. — 2) *propheten* (Vind.?) Gelen. Pamel. Rigalt. *prophetans* reliq. — 3) *semini* Rigalt. *seminis* Gagn. Gelen. Pamel. — 4) I. 568. *cum maxime* Agob. Gagn. Gelen. Pamel. Rigalt. Murator. *maxime* Ambrosian. — 5) *adstante* Agob. Gagn. *astante* Ambrosian.

cedet coram populo in virtute et in spiritu Heliae. Anim. c. 35. p. 291.

spiritu venit *Heliae.* Monog. c. 8. p. 151.

22. 63. Zacharias temporali vocis orbatione multatus cum animo conlocutus linguam inritam transit, [6]manibus suis a corde dictat et nomen filii sine ore pronuntiat: loquitur in stilo, auditur in cera [7]manus omni sono [8]clarior, litera omni ore vocalior. Idol. c. 23. p. 182.

26—28. Agnosco et *angelum Gabrielem ad virginem missum.* Sed cum *benedicit* illam, inter *mulieres,* non inter virgines deputat:

28. *Benedicta tu inter mulieres* . . . . . .

7) I. 496. *signando st. et adiurando* F. Ursin. — 8) *unguendi* Agob. Gelen. Pam. *ungendi* Gagn. *ungendo* F. Ursin. *urgendi* Rig. Latinius. — 9) *bestiae* Agob. Gagn. Gelen. Pam. Rig. *bestia* Fr. Iunius. — 10) II. 227. *nisi pater. Nemo enim — — cuicunq.* Rhen. I. Gagn. Gelen. *nisi pater et cuicunq.* Pam. Rig. Fr. Iunius.

cias: *Beati oculi qui vident quae videtis. Dico enim vobis, quia prophetae non viderunt quae vos videtis.* Marc. IV. c. 25. p. 292.

25. In evangelio veritatis legis doctor dominum adgressus: *Quid faciens*, inquit, *vitam aeternam consequar?* Marc. IV. c. 25. p. 292.

Ecce, legis doctor adsurrexit temptans eum. Marc. IV. c. 19. p. 260.

Ecce, inquit, *surrexit legis doctor temptans eum.* Carn. c. 7. p. 359.

27. Et dominus . . illi . . . responsum [12]dedit: *Diliges dominum deum tuum ex toto corde tuo et ex tota anima tua et totis viribus tuis.* Marc. IV. c. 25. p. 293.

Diliges dominum deum tuum ex toto [13]*corde tuo et ex tota anima tua et ex totis viribus tuis.* Marc. IV. c. 27. p. 301.

Principali praecepto quod et probavit Christus: *Diliges dominum de totis praecordiis et totis viribus et tota anima tua et proximum* [14]*tuum tanquam* [15]*te ipsum.* Marc. V. c. 8. p. 407.

25. In haeretico (evangelio) *vita* solummodo posita est sine *aeternae* mentione, ut doctor de ea *vita* videatur consuluisse quae in lege promittitur . . [11]longaeva. Marc. IV. c. 25. p. 293.

---

11) II. 228. *longaeva aeterna* Rhen. I. — 12) II. 228. *dedisse* Gagn. Gelen. Pam. Rig. — 13) II. 233. *corde tuo* Pam. Rig. Vatic. *corde* reliq. — 14) *tuum* Pam. Rig. Vatic. *tibi* reliq. — 15) *te ipsum* Pam. Rig. Vatic. *te* reliq.

38—42. *Mater* aeque non demonstratur adhaesisse illi, cum [16] *Marthae* et *Mariae* aliae in commercio eius frequententur. Carn. c. 7. p. 361.

Cap. XI.

1. Cum *in loco quodam orasset* ad patrem . . . aggressus eum *ex discipulis quidam*:

1. *Domine*, inquit, *doce nos orare, sicut* [1] *et Ioannes discipulos suos docuit.* Marc. IV. c. 26. p. 294 sq.

2. Cui dicam *Pater?* . . . Ei qui me faciundo et instruendo generavit. A quo *spiritum sanctum postulem?* . . . A quo fiunt etiam angeli spiritus, cuius et in primordio spiritus super aquas ferebatur. Eius *regnum* optabo *venire* . . . in cuius manu etiam corda sunt regum. Marc. IV. c. 26. p. 295 sq.

3. Quis *dabit mihi panem quotidianum?* . . . Qui etiam de caelo *panem* angelorum *quotidianum* populo suo praestitit. Marc. IV. c. 26. p. 296.

4. Quis mihi *delicta dimittet?* . . . Qui si non dimiserit, retinebit ut iudicet. Quis *non sinet nos deduci in temptationem?* . . . Qui a primordio temptatorem angelum praedamnavit. Marc. IV. c. 26. p. 296.

5—8. Etiam pulsator ille vicini *ianuam* tundebat. Praescr. c. 12. p. 16.

---

16) II. 440. *Martha et Maria alia* Gagn. Gelen. Pam. — 1) II. 229. *et* om. Gagn. Gelen.

5—8. Sic et praemissa similitudo *nocturnum panis petitorem* [2]*amicum* facit, non alienum, et *ad amicum* pulsantem, non ad ignotum. Marc. IV. c. 26. p. 297.

Ad eum pulsat ad quem ius illi erat, cuius *ianuam* norat, quem habere *panes* sciebat, *cubantem* iam *cum infantibus* quos nasci voluerat. Marc. IV. c. 26. p. 297.

Sero pulsatur. Ibid.

Panem vicinus non habebat et ideo pulsabat. Ubi tamen apertum est ei [3]et accepit, pulsare cessavit. Praescr. c. 11. p. 15.

Nocturnus ille pulsator *panem* [4]pulsabat. Orat. c. 6. p. 8.

[5]Invidia caelum tundimus, [6]deum tangimus et cum misericordiam extorserimus . . . Apol. c. 40. p. 100.

8. Is et *exsurgit* et *dat*, et si iam non quasi amico, non tamen quasi extraneo homini, sed quasi molesto, inquit. Marc. IV. c. 26. p. 297.

10. *Petenti enim dabitur*, inquit, *et pulsanti aperietur et quaerenti invenietur.* Praescr. c. 11. p. 16.

10. A quo *petam*, ut *accipiam?* Apud quem *quaeram*, ut *inveniam?* Ad quem *pulsabo*, ut *aperiatur* mihi? Marc. IV. c. 26. p. 296.

11. 12. Et *panem petentibus* de caelo dedit manna et carnem desiderantibus emisit ortygometram: *non serpentem pro pisce nec scorpium pro ovo.* Marc. IV. c. 26. p. 297.

---

2) II. 230. *amici* Leid. Rhen. I. — 3) II. 13. *et ut accepit* Leid. Vatic. Pam. — 4) I. 561. *pulsabat* Agob. Gagn. Gelen Pam. *poscebat* Rig. Murat. cum F. Ursino. — 5) I. 271. *inedia caelum* Rhenanus. *caelum* Erlang. — 6) *deum tangimus* om. Rig.

13. Illius .. erit, non dare malum pro *bono*, cuius utrumque sit. Marc. IV. c. 26. p. 297.

Itaque et *spiritum sanctum* is *dabit* .. Marc. IV. c. 26. p. 298.

14. 15. Cum *surdum daemonium expulisset . . . in* [7] *Beelzebule* dictus *eicere daemonia* — Marc. IV. c. 26. p. 298.

15. Super ipso dicentes: *Hic non expellit daemonia nisi in* [8] *Beelzebule.* Marc. IV. c. 28. p. 304.

18. *Quomodo adhuc staret regnum eius?* Marc. IV. c. 26. p. 299.

18. Prior sensus, *non posse Satanam dividi adversus semetipsum.* Marc. IV. c. 26. p. 298.

19. *Si ego,* inquit, *in Beelzebule eicio daemonia, filii vestri in quo eiciunt?* Marc. IV. c. 26. p. 298.

20. Subiungit: *Quodsi ego in digito dei expello daemonia, ergone* [9] *appropinquavit in vos regnum dei?* Marc. IV. c. 26. p. 298.

20. Ut iam non propria potestate *expelleret daemonia,* sed per creatoris auctoritatem . . . Marc. IV. c. 8. p. 205.

20—22. Merito . . applicuit ad parabolam *fortis* illius *armati quem validior alius oppressit,* principem daemoniorum, quem Beelzebulem et Satanam supra dixerat, significans *digito dei* oppressum. Marc. IV. c. 26. p. 299.

21 sq. Parabola *fortis* illius *armati quem alius validior* [10] *oppressit et*

---

7) *Belzebule* Rhen. I. Gagn. Gelen. *Beelzebub* 2 Vatic. *Beelzebule* Pam. Rig. — 8) II. 235. *Beelzebule* Pam. Rig. *Belzebule* Gagn. Gelen. *Belzebul* Rhen. I. — 9) II. 231. *appropinquavit* Gagn. Gelen. Pam. Rig. *appropinquabit* Rhen. I., 2 Vatic. Fr. Iunius. — 10) II. 291. *obrepsit* Rhen. I. 2 Vatic.

27. Mulier quaedam exclamaverat: *Beatus venter qui te portavit, et ubera quae* [11] *hausisti.* Marc. III. c. 11. p. 143.

28. Et dominus: *Immo beati qui sermonem dei audiunt et faciunt.* Marc. IV. c. 26. p. 299.

vasa eius occupavit. Marc. V. c. 6. p. 395.

27. Exclamat *mulier de turba, beatum uterum qui illum portasset, et ubera* quae illum educassent. Marc. IV. c. 26. p. 299.

27. 28. Rursus proinde *felicitatem ab utero et uberibus* matris suae transtulit in discipulos. Marc. IV. c. 26. p. 299.

Eodem sensu . . et illi exclamationi respondit, non matris *uterum et ubera* negans, sed *feliciores* designans *qui verbum dei audiunt.* Carn. c. 7. p. 363.

28. *Auditores et obsecutores dei* praefert. Marc. IV. c. 26. p. 299.

Potiores fecit alios et meritum praelationis ostendens, *audientiam* scilicet *verbi* . . . Carn. c. 7. p. 362.

29. Ipse *signum petentibus non dat.* Marc. IV. c. 27. p. 299.

33. Negat *lucernam abstruendam*, sed confirmat *super candelabrum proponendam*, ut omnibus luceat. Marc. IV. c. 27. p. 300.

37—39. [12] Tunc *Pharisaeus* qui illum [13] vocarat ad *prandium, retractabat penes se,* cur *non prius tinctus esset quam recubuisset,* secundum legem . . . Iesus autem etiam interpretatus est ei legem dicens, illos *calicis et catini exteriora emundare, interiora autem ipsorum plena esse rapina et iniquitate,* ut significaret, vasculorum munditias hominum esse intellegendas apud deum; quia et

11) II. 136. *sumpsisti* Vatic. *suxisti* coni. Pam. — 12) II. 232. *nunc* Gelen. — 13) *vocarat* Rhen. I. *vocaret* Gelen. Pam. Rig. 2 Vatic.

Pharisaeus de homine, non de calice illoto apud se tractaverat. Ideo — Marc. IV. c. 27. p. 300.

39. *Exteriora*, inquit, *calicis lavatis ... interiora autem vestra non emundatis*, i. e. animam. Marc. IV. c. 27. p. 300.

40. Adiciens: *Nonne qui exteriora fecit ... et interiora fecit?* Marc. IV. c. 27. p. 300.

41. Subiungit .. *Date quae habetis eleemosynam, et omnia munda erunt vobis.* Marc. IV. c. 27. p. 300.

42—44. 46. *Vae* ingerit *Pharisaeis* et *doctoribus legis.* Marc. c. 27. p. 300.

42. Et *oluscula decimantes*, *vocationem* autem *et dilectionem dei praetereuntes* obiurgat. Cuius *dei vocationem et dilectionem*, nisi cuius et *rutam* et *mentam* ex forma legis [14] *de decimis offerebant?* Marc. IV. c. 27. p. 301.

Qui cum maxime potiora legis *praetereuntes* incusabat, eleemosynam et *vocationem et dilectionem dei*, ne haec quidem gravia, nedum *decimas rutarum* [15] et munditias catinorum? Marc. IV. c. 27. p. 302.

43. *Primatum* quoque captantes *locorum* et *honorem salutationum* cum incusat, sectam creatoris administrat, eiusmodi principes Sodomorum archontas [16] ap-

14) *de* Gagn. Gelen. Pam. Rig. *et* Rhen. I. — 15) II. 233. *et* om. Gagn. Gelen. — 16) II. 233. *appellantis* Gagn. Gelen. Pam. Rig. Gorz. *appellans* Rhen. I.

pellantis. Marc. IV. c. 27. p. 301.

46. Invehitur *et* in *doctores* ipsos *legis*, *quod onerarent* alios *importabilibus oneribus* quae *ipsi ne digito quidem aggredi* auderent. Marc. IV. c. 27. p. 302.

47. 48. Cur . . *Vae* audiunt etiam, *quod aedificarent prophetis monumenta interemptis a patribus eorum*, laude potius digni, qui ex isto opere pietatis *testabantur, se non consentire factis patrum*, si non erat zelotes . . ? Marc. IV. c. 27. p. 302.

52. Quam . . *clavem* habebant *legis doctores* nisi interpretationem legis? Ad cuius *intellectum neque ipsi adibant*, non credentes scilicet . . . *neque alios admittebant*, utique [17] docentes praecepta potius et doctrinas hominum. Marc. IV. c. 27. p. 303.

Nec ipsos introeuntes nec aliis aditum praestantes increpabat. Marc. IV. c. 27. p. 303.

Cap. XII.

1. *Cavete*, inquit discipulis, *a fermento Pharisaeorum, quod est hypocrisis.* Marc. IV. c. 28. p. 303.

1. Merito . . non placebat illi *hypocrisis Pharisaeorum*, labiis scilicet amantium deum, non corde. Marc. IV. c. 28. p. 303.

1. 2. *Hypocrisin eorum* taxarat, utique celantem *occulta* cordis et incredulitatis *secreta* [1] superficialibus officiis obumbrantem, quae

---

17) II. 234. *docentes* Gagn. Gelen. Pam. Rig. *docebant* Rhen. I. — 1) II. 234. *superficialibus* Gagn. Gelen. Pam. Rig. Rhen. I. in marg. *superficii talibus* Rhen. I. Fr. Iunius.

clavem agnitionis habens *nec* [2]*ipsa introiret nec alios sineret* (11, 52). Marc. IV. c. 28. p. 304.

2. Adicit: *Nihil autem opertum quod non patefiet, et nihil absconditum quod non dignoscetur.* Marc. IV. c. 28. p. 304.

3. Cum subiciat, etiam quae inter se [3]mussitarent vel tractarent, scilicet super ipso dicentes: Hic non expellit daemonia nisi in Beelzebul, in apertum processura et in ore hominum futura [4]ex evangelii promulgatione. Marc. IV. c. 28. p. 304. Praescr. c. 26. p. 31.

4, 5. Dehinc conversus ad discipulos: *Dico autem*, inquit, *vobis* [5]*amicis meis, nolite terreri ab eis qui vos solummodo occidere* [6]*possunt nec post hoc ullam in vobis habent potestatem . . . Demonstrabo autem vobis quem timeatis. Timete eum qui postquam occiderit, potestatem* [7]*habet mittendi in gehennam . . Itaque dico vobis, hunc timete.* Marc. IV. c. 28. p. 304.

8. Habeo et de sequentibus sumere: *Dico enim vobis, omnis qui confitebitur* [8]*in me coram hominibus, confitebor in illo*

---

2) *ipsa* Rig. Fr. Iun. *in ipsa* Rhen. I. Gagn. Gelen. Pam. — 3) II. 235. *mussitarant vel tractarant* Pam. — 4) *ex* Gagn. Gelen. Pam. Rig. Gorz. *et* Rhen. I. — 5) II. 235. *amicis meis* Pam. Rig. *amicis* rel. — 6) *possint* Gelen. — 7) *habet* Pam. Rig. 2 Vatic. *habeat* reliq. — 8) II. 235. *in* om. Rhen. I.

coram deo. Marc. IV. c. 28. p. 305.

9. *Et omnis qui negaverit me coram hominibus, denegabitur coram deo.* Marc. IV. c. 28. p. 305.

10. Post deterritam . . negationem sequitur et blasphemiae formidandae admonitio: *Qui dixerit in filium hominis,* [9] *remittetur illi; qui autem dixerit in spiritum sanctum, non remittetur ei.* Marc. IV. c. 28. p. 305 sq.

11. [10] *Perductos ad potestates* prohibet ad interrogationem *cogitare* de *responsione.* Marc. IV. c. 28. p. 306.

Et *perducimur* ad *potestates* et interrogamur. Scorp. c. 11. p. 378.

12. *Sanctus enim,* inquit, *spiritus docebit vos ipsa hora, quid eloqui debeatis.* Marc. IV. c. 28. p. 306.

13. 14. Christus . . postulatus a quodam, ut inter illum et *fratrem ipsius* [11] de *dividunda haereditate* componeret, operam suam . . . denegavit. Marc. IV. c. 28. p. 307.

14. [12] *Quis me,* inquit, *iudicem constituit super vos?* Marc. IV. c. 28. p. 307.

16—19. *Parabola divitis,* blandientis sibi de proventu agrorum

---

9) *remitt. illi, qui aut.* Rig. *remitt., illi aut. qui* Rhen. I. Gagn. Gelen. Pam. — 10) II. 236. *productos* Vatic. — 11) *de divid.* Pam. (e Vatic.). *divid.* reliq. — 12) *qui* Gelen.

suorum, cui deus dicit . . Marc. IV. c. 28. p. 308.

16—20. Qui rei *parabolam* quoque accommodavit illius *hominis* qui [14]provenientibus *fructibus* ampliationem *horreorum* et longae securitatis spatia cogitavit: is *ipsa nocte* moritur. Orat. c. 6. p. 9.

20. Divitis . . . cui deus dicit: *Stulte, hac nocte animam tuam reposcent. Quae autem parasti,* [13]*cuius erunt?* Marc. IV. c. 28. p. 308.

22. Praemiserat: *Nolite de crastino cogitare, quid edatis.* Orat. c. 6. p. 8 sq.

22. 23. Quis nollet *curam* nos *agere animae de victu* et *corpori de vestitu*, nisi qui ista homini ante prospexit et exinde praestans merito curam eorum tanquam aemulam liberalitatis suae prohibet? Qui et substantiam ipsius *animae* accommodavit *potiorem esca* et materiam ipsius *corporis* figuravit *potiorem tunica.* Marc. IV. c. 29. p. 308.

24. Cuius et *corvi non serunt nec metunt nec* in *apothecas* condunt *et* tamen *aluntur ab ipso.* Marc. IV. c. 29. p. 308.

24. 27. Non vult de eiusmodi frivolis cogitari de quibus nec *corvi* nec *lilia* laborent. Marc. IV. c. 29. p. 308.

24. 27. 28. Quis hoc mandasset nisi qui et *corvos* [15]*alit* et *flores*

13) II. 237. *cui* Latin. — 14) I. 561. *pro venientibus* Fr. Iunius. — 15) II. 211. *pavit* Rhen. I.

agri vestit? Marc. IV. c. 21. p. 267.

25. Nemo *potest adicere cubitum unum ad staturam suam.* Spect. c. 23. p. 136.

27. Cuius et *Salomon gloriosissimus*, nec ullo tamen flosculo cultior. Marc. IV. c. 29. p. 308.

27. 28. Cuius et *lilia* et *fenum non texunt nec nent* et tamen *vestiuntur ab ipso.* Marc. IV. c. 29. p. 308.

28. Illos *modicae fidei* incusat. Marc. IV. c. 29. p. 309.

30. Subicit: *Haec enim nationes mundi quaerunt* ... Adicit: *Scit autem pater opus esse haec vobis.* Marc. IV. c. 28. p. 309.

31. *Quaerite* enim, inquit, *regnum dei, et haec vobis adicientur.* Marc. IV. c. 28. p. 310.

Et evangelium [16] vestrum quoque habet: *Quaerite primum regnum dei, et haec adicientur vobis.* Marc. III. c. 24. p. 180.

Edixerat dominus: *Quaerite prius regnum, et tunc vobis etiam haec adicientur.* Orat. c. 6. p. 8.

33. Demonstrans per abiectionem divitiarum laesuras quoque earum computandas non esse. [Mt. 19, 21.] Pat. c. 7. p. 87.

34. *Ubi autem erit cor tuum, illic erit et thesaurus tuus.* Mart. c. 2. p. 68.

34. Dilectio ... Christiani nominis *thesaurus.* Pat. c. 12. p. 97.

16) II. 157. *quoq. vestrum* Rhen. I. Gagn. (Laurent.).

35. 36. *Succingere* debemus *lumbos* i. e. expediti esse ab impedimentis laciniosae vitae et implicitae. Item *lucernas ardentes* habere i. e. mentes a fide accensas et operibus veritatis relucentes, atque ita *exspectare dominum . . . . redeuntem . . a nuptiis.* Marc. IV. c. 29. p. 310.

39. 40. In sequenti . . parabola satis errat qui *furem* illum *cuius horam si* [17] *pater familiae sciret, non sineret* [18] *suffodi domum suam,* in personam disponit creatoris.... Nemo sua furatur aut suffodit, sed ille potius qui in aliena descendit et hominem a domino eius alienat. Porro cum *furem* nobis diabolum [19] demonstret, *cuius horam* etiam in primordio *si homo scisset,* nunquam ab eo *suffossus esset*, propterea iubet, ut *parati simus, quia qua non putamus hora filius hominis adveniet*: non quasi ipse sit fur, sed iudex, scilicet eorum qui se non paraverint nec caverint furem. Marc. IV. c. 29. p. 311.

41—44. Interroganti *Petro, in illos an* [20] *et in omnes parabolam dixisset,* ad ipsos et ad universos qui ecclesiis praefuturi essent, proponit *actorum* similitudinem; quorum qui *bene tractaverit* conservos absentia *domini, reverso* eo *omnibus bonis praeponetur.* Marc. IV. c. 29. p. 311 sq.

45. 46. Qui vero secus egerit, *reverso domino qua die non pu-*

17) II. 238. *paterfamilias* Rig. — 18) *suffodi* Rhen. I. Pam. Rig. 2 Vatic. *effodi* Gagn. Gelen. — 19) *demonstravit* Vatic. — 20) II. 239. *et* om. Gagn. Gelen.

taverit, hora qua non scierit ... segregabitur et pars eius cum infidelibus ponetur ... Temperare .. temptant hunc sensum . . quasi tranquillitatis sit et mansuetudinis, *segregare* solummodo et *partem eius cum infidelibus ponere* ... Marc. IV. c. 29. p. 312.

45. 48. *Caedentem servos* paucis aut *multis plagis*: et prout *commisit illis*, ita et *exigentem* ab eis. Marc. IV. c. 29. p. 312.

49. Proclamat Christus tuus: *Ignem veni mittere in terram.* Marc. IV. c. 29. p. 312.

49. 51. Illius erit similitudo *ignis* cuius et veritas. Ipse melius interpretabitur ignis istius qualitatem, adiciens —. Marc. IV. c. 29. p. 313.

51. Adiciens: *Putatis venisse me pacem mittere in terram? Non, dico vobis, sed separationem. Machaeram* quidem scriptum est. Sed Marcion emendat, quasi non et *separatio* opus sit *machaerae.* Marc. IV. c. 29. p. 313.

51. Qualis *machaera*, talis et flamma. Marc. IV. c. 29. p. 313.

50. Lavacrum . . sanguinis . . de quo dominus: *Habeo*, inquit, *baptismo tingui.* Bapt. c. 16. p. 203.

Habeo enim, inquit, *et aliud baptisma.* Pudic. c. 22. p. 435.

53. Denique: *Dividetur*, inquit, *pater in filium et filius in patrem, et mater in filiam et filia in matrem, et nurus in socrum et socrus in nu-*

rum. Marc. IV. c. 29. p. 313.

54—56. *Hypocritas* pronuntiabat, *caeli* quidem *et terrae faciem probantes, tempus vero illud non* dignoscentes. Marc. IV. c. 29. p. 314.

57. Dicente domino: *Cur autem non et a vobis ipsis quod* [21] *iustum est, iudicatis?* Cor. c. 4. p. 343.

57. Exprobrat etiam, quod *iustum non a semetipsis iudicarent.* Marc. IV. c. 29. p. 314.

. . ut ille mandaret *iuste iudicare* . . Ibid.

58. 59. *Iudicem* qui *mittit* in *carcerem* nec ducit *inde* nisi *soluto etiam novissimo* quadrante... Marc. IV. c. 29. p. 314. (Anim. c. 35. p. 289 sq. Pat. c. 12. p. 96.)

Cap. XIII.

6—9. Nullam *parabolam* non aut ab ipso invenias [1] edisseratam ... aut ultro coniectandam, ut *arboris fici* dilatae in spem, ad instar Iudaicae infructuositatis. Resurr. c. 33. p. 273.

14. Quaestionem rursus de *curatione sabbato facta* quomodo discussit? Marc. IV. c. 30. p. 314.

Hic est ille, dicam, ... *sabbati* destructor. Spect. c. 30. p. 143.

15. *Unusquisque vestrum sabbatis non solvit asinum aut bovem suum a praesepi et ducit ad potum?* Marc. IV. c. 30. p. 314.

---

21) I. 425. *iustum iudicatis* Agob. *iustum est iudicatis* reliq. — 1) II. 508. *edisseratam* Rhen. I. Gelen. Pam. 3 Vatic., codd. Paterniac. Hirsaugiens. Gorz. *edissertatam* Gagn. Rig. *edissertam* cod. I. Clem.

19. *Simile est regnum dei*, inquit, *grano sinapis quod accepit homo et seminavit in horto suo.* Marc. IV. c. 30. p. 315.

19. Filius hominis ... accepit a patre semen regni, sermonem scilicet evangelii, et *seminavit in horto suo*, utique in mundo, puta nunc in homine. Sed cum: *in suo horto*, dixerit ... Marc. IV. c. 30. p. 315.

20. 21. De sequenti .. *similitudine* vereor ... *Fermento* enim comparavit illud (*regnum* sc. *dei*), non azymis quae familiariora sunt creatori. Marc. IV. c. 30. p. 315.

25. *Cum surrexerit*, inquit, [2]*pater familiae* ... *et* [3]*cluserit ostium* .. Marc. IV. c. 30. p. 316.

Quibus pulsantibus respondebit: *Nescio unde sitis.* Ibid.

26. Et rursus enumerantibus quod *coram illo ederint et biberint et in plateis docuerit*, adiciet —. Marc. IV. c. 30. p. 316.

27. 28. Adiciet: *Recedite a me omnes operarii iniquitatis. Illic erit fletus et frendor dentium.* Marc. IV. c. 30. p. 316.

28. Ubi? foris scilicet, ubi erunt exclusi, ostio cluso ab eo. Ergo erit poena, a quo fit exclusio in poenam, *cum videbunt iustos introeuntes in regnum dei, se vero detineri foris.* Marc. IV. c. 30. p. 316.

34. In eam *Hierusalem* .. *quae occidit prophetas et* [4]*lapidavit ad se missos.* [Mt. 23, 37.] Resurr. c. 26. p. 262.

---

2) II. 242. *paterfamilias* Rig. — 3) *clauserit* Vatic. — 4) II. 501. *lapidat* Gelen.

Cap. XIV.

12—14. Ad *prandium* vel ad *cenam* quales *vocari* iubet? . . Qui scilicet [1]humanitatis istius *vicem retribuere* non possint. Hanc . . Christus captari vetat, *in resurrectione* eam repromittens. Marc. IV. c. 31. p. 317.

14. *Retribuetur tibi in resurrectione iustorum.* Resurr. c. 33. p. 274.

16. *Homo quidam fecit cenam et vocavit multos.* Marc. IV. c. 31. p. 317.

16—24. Etiam *invitatoris* parabola cui magis parti occurrat, [2]expende. Marc. IV. c. 31. p. 317.

16—20. *Cenae* paratura vitae aeternae saturitatem figurat. Dico . . extraneos et nullius iuris affines *invitari ad cenam* non solere, certe facilius solere domesticos et familiares. Ergo creatoris est invitasse ad quem pertinebant qui invitabantur, et per Adam qua homines et [3]per patres qua Iudaici . . . Qui *cenam paravit*... *misit* ad convivas admonendos, ante iam vocatos per patres, admonendos autem per prophetas .... *Excusant se* invitati. Marc. IV. c. 31. p. 317 sq.

18. 19. 20. *Agrum emi* — et *Boves mercatus sum* — et *Uxorem duxi.* Marc. IV. c. 31. p. 318.

21—24. Hoc ut [4]*patri familiae renuntiatum est, motus tunc* . . . mandat de *plateis* et *vicis civi-*

---

1) II. 242. *et human.* Rhen. I. — 2) *expende* Rig. *expendo* reliq. — 3) II. 243. *per* om. Rhen. I. Gagn. — 4) *patrifamilias* Rig.

tatis facere sublectionem. . . Itaque misit ad alios vocandos ex eadem adhuc civitate. Dehinc *loco abundante* praecepit etiam de *viis* et *sepibus* collegi, id est nos iam de extraneis gentibus . . . *De qua illos gustaturos negat* dominus . . . posteaquam et novissimam in [5]Christum invitationem recusavit (Sion). Marc. IV. c. 31. p. 318 sq.

26. 27. Quae timidis praefinit? *Qui pluris fecerit animam suam quam me, non est me dignus. Et qui non tollit crucem suam et sequitur me, non potest esse meus discipulus.* Fug. c. 7. p. 185.

28—30. Fuit deliberandum ex similitudine providentissimi *aedificis* illius qui *prius sumptus* operis cum viribus suis *supputat*, ne ubi [7]*coeperit*, [8]defunctus postea erubescat. Idol. c. 12. p. 163.

Cap. XV.

Si in hoc gestit diversa pars *ovem* et *drachmam* et *filii luxuriam* Christiano peccatori configurare, ut moechiam et fornicationem paenitentia donent . . . Pudic. c. 9. p. 390.

1. 2. *Peccatores* . . adiungit *publicanis.* Pudic. c. 9. p. 387.

Non *peccatores*, non *publicanos* aspernatus est. [Mt. 9, 10 sq.] Pat. c. 3. p. 78.

---

5) II. 244. *Christo* Rhen. I. — 6) I. 86. *sui* Agob. — 7) *ceperit* Gelen. — 8) *defectus* Rig. Fr. Iun. *defunctus* Agob. Gagn. Gelen. Pam.

Pharisaei publicanos et peccatores ethnicos *admittentem* dominum *et cum illis de victu communicantem indignati mussitabant.* Pudic. c. 7. p. 380.

Nec denotaretur cum Iudaeis *communicans victum*, sed cum ethnicis quorum [1]mensam Iudaica disciplina depellit. Pudic. c. 9. p. 387. Monog. c. 8. p. 151.

3. 4. .. [2]cum angelum etiam de figura *erraticae ovis* [3]interpretentur. Carn. c. 8. p. 364.

In *parabola ovis* capras tuas quaeris; [4]tua ovis ne rursus de grege [5]exiliat ... Pudic. c. 13. p. 397.

3—6. Dominus *pecudis perditae restitutionem* [6]cui alii configurasse credendus est quam ethnico perdito..? Pudic. c. 7. p. 380.

4. 5. Totus . . salvus fiet qui [7]periit totus delinquendo: nisi si et *ovis* illa sine corpore *amittitur* et sine corpore *revocatur.* Nam si caro quoque eius cum anima, quod pecus totum est, *humeris* boni pastoris *advehitur* ... Resurr. c. 34. p. 275.

4. 5. Est *ovis perdita* a domino *requisita et humeris eius revecta.* Pudic. c. 7. p. 379.

Hanc . . esse *ovem perditam* ad quam descenderit pater summus... et primum *recuperata* ea

---

1) I. 810. *mensam* Gagn. *mensa* rel. — 2) II. 442. *eum* Agob. — 3) *interpretantur* Agob. Rig. — 4) I. 818. *tua domus* Gagn. Verba *tua ovis* delenda iudic. Latinius. — 5) *exiliant* Latin. — 6) I. 803. *cui alii configurasse credendum* (*credendus* emend. Leop.) *est* Pam. Rig. lib. Clem. *cum alii configurasset, reddendum est* Gagn. *cum figurasset, cui alii reddendum est* Gelen. *cum figurasset, cui alii configurasse credendum est* Nicol. Rigaltius. *cum figurasset, cui alii credendum est* Fr. Iunius. — 7) II. 509. *perit* Rhen. I. Gagn. Rig.

et *revecta*, nescio *humeris* an ... Anim. c. 34. p. 288.

Qui *requirendi* per montes et saltus et *humeris* essent *reportandi*. Scorp. c. 6. p. 360.

Sic et illis dominicarum *similitudinum* exemplis [8] de patientia sanctis adest. *Erroneam ovem* patientia pastoris *requirit* et *invenit*. Nam impatientia unam facile contemneret. Sed laborem inquisitionis patientia suscipit et *humeris* insuper *advehit baiulus* patiens peccatricem derelictam. Pat. c. 12. p. 96.

Errat et una pastoris *ovicula*, sed grex una carior non erat: *una* illa *conquiritur*, una pro omnibus desideratur et [9] tandem *invenitur* et *humeris* pastoris ipsius *refertur:* multum enim errando laboraverat. Paen. c. 8. p. 58.

4 sq. 8 sq. *Ovem* et *drachmam perditam* quis *requirit?* ... Is *perdidit* qui *habuit*. Is *requisivit* qui perdidit. Is *invenit* qui quaesivit. Is *exsultavit* qui invenit. Ita utriusque *parabolae* argumentum vacat circa eum cuius non est *ovis* neque *drachma*, id est homo. Marc. IV. c. 32. p. 320.

4—8. Quare *centum oves?* et quid utique *decem drachmae?* et quae illae *scopae?* Necesse [10] erat, qui *unius peccatoris* salutem gratissimam [11] deo volebat exprimere, aliquam numeri quantitatem nominaret de quo *unum* quidem *perisse* [12] describeret, necesse erat, ut habitus *requirentis drachmam*

8) I. 608. *dei patientia* Rhenanus. — 9) I. 659. *tamen* Rhen. I. — 10) I. 809. *erat* Gelen. Pam. Rig. *erant* Gagn. *erat, ut* Oehl. — 11) *a deo* Gagn. — 12) *describere* Gagn.

in domo tam *scoparum* quam *lucernae* adminiculo adcommodaretur. Pudic. c. 9. p. 386.

4—10. *Drachmam* inter omnia licet in stercore *repertam cum gaudio* praedicabit et *ovem* per aspera quaeque et abrupta fugitivam *humeris* ipsius domini in gregem [13] referet. Pudic. c. 9. p. 390.

7. Ut exprimeret adversus livorem Pharisaeorum suam gratiam et benevolentiam etiam circa *unum* ethnicum, praeposuit *unius peccatoris* salutem *ex paenitentia*, quam illorum *ex iustitia*. Pudic. c. 7. p. 381.

7. 10. *Exsultare* illius est de *paenitentia peccatoris*, id est de *perditi* recuperatione, qui . . . Marc. IV. c. 32. p. 320.

Laetantur caeli et qui illic *angeli, paenitentia hominis*. Paen. c. 8. p. 58.

8. Etiam *anus* illa intra tectum suum *drachmam requirebat*. Praescr. c. 12. p. 16.

8. 9. Iuxta *drachmae* quoque exemplum etiam intra *domum* dei ecclesiam licet esse aliqua delicta pro ipsius *drachmae* modulo ac pondere mediocria, quae ibidem delitescentia, mox ibidem et *reperta*, statim ibidem cum *gaudio* emendationis transigantur. Moechiae vero et fornicationis non *drachma* sed talentum, quibus *exquirendis* non *lucernae* [14] spiculo sed totius [15] solis lancea opus

13) I. 812. *refert* Gagn. — 14) I. 806. *spiculo lumine* Gagn. Gelen. Pam. *spiculi lumine* Rig. F. Ursinus *spiculo luminis* Fr. Iun. *spiculo* Latin. Ios. Scaliger. — 15) *solis* om. Gagn.

est. . . . Nec *congratulationem* [16]advocant *vicinarum* sed contristationem proximarum fraternitatum. Pudic. c. 7. p. 383 sq.

8—10. In *drachmae* parabola . . aeque ethnicum *drachmam* interpretamur, etsi in *domo amissam* . . etsi ad *lucernae* lumen *repertam*. Pudic. c. 7. p. 381.

Perdiderat unam ex decem [17]*didrachmis anus* illa et ideo *quaerebat*. Ubi tamen *invenit*, quaerere desiit. Praescr. c. 11. p. 15.

Quia illa similitudinum dominicarum argumenta nobis volunt? Quod *mulier drachmam perdidit* et *requirit* et *reperit* et *amicas ad gaudium invitat*, nonne *restituti peccatoris* exemplum est? Paen. c. 8. p. 58.

11—32. Illum etiam mitissimum *patrem* non tacebo qui *prodigum filium* revocat et post *inopiam* [18]*paenitentem* libens *suscipit*, *immolat vitulum* [19]*praeopimum*, convivio *gaudium* suum exornat. Quidni? *Filium* enim *invenerat quem amiserat*, cariorem senserat quem lucrifecerat. Quis ille nobis intellegendus *pater?* Deus scilicet; tam pater nemo, tam pius nemo. Is ergo te *filium* suum, etsi acceptum ab eo *prodegeris*, etsi nudus redieris, *recipiet*, quia redisti, magisque de regressu tuo quam de alterius sobrietate laetabitur; sed si *paeniteat* ex animo, si *famem* tuam

16) *advocat* Rig. F. Ursin. *advocant* Gagn. Gelen. Pam. — 17) II. 13. *drachmis* Agob. Rig. Latinius. — 18) I. 659. *paenitentiae* Rhen. I. — 19) *praeoptimum* 3 Vatic.

cum *saturitate mercenariorum paternorum* compares, si *porcos* immundum relinquas pecus, si *patrem repetas* vel offensum: *Deliqui*, dicens — Paen. c. 8. p. 58.

21. *Deliqui*, dicens, *pater, nec dignus ego iam vocari tuus.* Paen. c. 8. p. 58.

Circa *filiorum . . duorum* parabolam. Pudic. c. 8. p. 384.

Nunc de *filio prodigo* id prius considerandum est quod utilius . . . Si Christianus est qui acceptam a deo *patre substantiam*, utique baptismatis, utique spiritus sancti et exinde spei aeternae, longe evagatus a patre *prodigit* ethnice vivens, si *exutus bonis* mentis etiam principi saeculi (cui [20] alii quam diabolo?) *servitium* suum *tradidit* et ab eo *porcis alendis*, immundis scilicet spiritibus curandis, praepositus *resipuit ad patrem reverti*, iam [21] non moechi et fornicarii, sed idololatrae et blasphemi et negatores et omne apostatarum genus [22] hac parabola patri satisfacient, et elisa est verissime hoc magis modo tota *substantia* sacramenti. Quis enim timebit *prodigere* quod habebit postea recuperare? Quis curabit perpetuo conservare quod non perpetuo poterit amittere? Securitas delicti etiam libido est eius. Recuperabit igitur et apostata *vestem* priorem, *indumentum* spiritus sancti, et [23] *annulum* denuo signaculum lavacri, et rur-

20) I. 810. *aliquamdiu diabolo* Gagn. — 21) *nunc moechis et fornicatoriis et* Gagn. — 22) *hanc parabolam* Gagn. — 23) *anulum* Gagn.

sus illi *mactabitur* Christus et *recumbet* eo in toro de quo indigne vestiti [24] a tortoribus scient tolli et abici in tenebras. Pudic. c. 9. p. 387 sq.

11—32. Plus est.. si nec expedit in Christianum [25] convenire ordinem *filii prodigi*. Quodsi nec in Iudaeum integre filii imago concurrit, ad propositum domini simpliciter interpretatio gubernabitur. Venerat dominus utique ut quod *perierat* salvum faceret, medicus languentibus magis quam sanis necessarius. Hoc et in parabolis figurabat et in sententiis praedicabat. Quis *perit* hominum, quis [26] labat de valetudine, nisi qui [27] deum nescit? Quis salvus ac sanus, nisi qui [27] deum novit? Has duas species de genere fraternas haec quoque signabit parabola. Vide an habeat ethnicus *substantiam* in deo *patre* census et sapientiae et naturalis agnitionis in deum, per quam et apostolus notat in sapientia dei non cognovisse mundum per sapientiam deum, quam utique a deo acceperat. Hanc itaque *prodegit, longe* a domino moribus [28] *factus* inter errores et illecebras et libidines saeculi, ubi [29] *fame* veritatis compulsus tradidit se principi huius aevi. Ille eum praefecit *porcis*, [30] ut familiare id daemonum pecus [31] *pasceret*, ubi nec [32] ille compos esset vitalis

24) *a tortoribus* Pam. Rig. lib. Clem. *moribus* F. Ursinus. *auribus* reliq. — 25) I. 811. *et invenire* Gagn. — 26) *levat* Gagn. — 27) *deum* Pam. Rig. lib. Clem. *dominum* rel. — 28) *factus* libri omnes. *iactus* Oehl. — 29) *fama* Gagn. — 30) *in familiare* Gagn. — 31) *pascere* Gagn. — 32) *ille* Rig. P. Ciaccon. *illi* Gagn. Gelen. Pam.

[33]*escae* simulque alios [34]videret in *opere* divino *abundantes pane* caelesti. *Recordatur patris* dei, satisfacto *redit*, *vestem* pristinam *recipit*, statum scilicet eum quem Adam transgressus amiserat. [35]*Annulum* quoque [35]*accipit* tunc [36]primum, quo fidei pactionem interrogatus obsignat atque ita exinde *opimitate* dominici corporis *vescitur*, eucharistia scilicet. Hic erit *prodigus filius* qui nunquam retro frugi, qui statim prodigus, quod non statim Christianus. Hunc et Pharisaei, de saeculo ad *patris complexus revertentem*, in publicanis et peccatoribus [37]moerebant. Et ideo ad hoc solum *maioris fratris* accommodatus est *livor*, non quia innocentes et deo obsequentes Iudaei, sed quia invidentes nationibus salutem, plane quos *semper apud patrem esse* oportuerat. Pudic. c. 9. p. 388—390.

13—16. *Minor filius prodacta substantia* dei in *aliena regione mendicat*, serviens usque adhuc principibus eius, id est saeculi huius. Pudic. c. 8. p. 385.

15. 16. . . parasiti adfectant ad gloriam famulandae libertatis sub auctoramento *ventris* inter contumelias *saginandi*. Apol. c. 39. p. 96.

20. Suis . . *sinum* subicit. Pudic. c. 10. p. 392.

20—32. Illum quoque *prodigum filium* patientia *patris* et *recipit*

---

33) *escae* Rig. P. Ciaccon. *esca* Gagn. Gelen. Pam. — 34 *videt* Gagn. — 35) I. 811. *accipit* Rig. F. Ursinus *accepit* rel. — 36) *pristinum* Gagn. — 37) *merebant* Gagn.

et *vestit* et *pascit* et apud impatientiam *irati fratris excusat.* Salvus est igitur qui *perierat*, quia paenitentiam iniit. Pat. c. 12. p. 96.

23. Illi . . . quibus hanc *saginatiorem* et auratiorem et maiorem hostiam *caedis*, salutem tuam. Idol. c. 6. p. 153.

29. Dictum ad patrem: *Ecce,* [38] *quot annis tibi servio et praeceptum tuum nunquam praeterivi.* Pudic. c. 8. p. 385.

31. Patris . . vox: *Tu semper mecum es et omnia mea tua sunt.* Pudic. c. 8. p. 385.

Cap. XVI.

9. *Et ego,* inquit, *dico vobis, facite vobis amicos de mammona iniustitiae.* Marc. IV. c. 33. p. 321.

1—9. Admonens . . nos, de saecularibus *suffragia nobis prospicere amicitiarum* secundum servi illius exemplum qui *ab actu summotus* dominicos *debitores* [1] deminutis cautionibus relevat in subsidium sibi. Marc. IV. c. 33. p. 321.

Facite autem vobis amicos de mammona, . .

. . quomodo intellegendum sit, parabola praemissa [2] te doceat ad populum Iudaicum [3] dicta, qui commissam sibi rationem domini cum male *administrasset,* [4] deberet de *mammonae* [5] hominibus, quod nos eramus, *amicos sibi* potius *prospicere*, quam inimicos, et relevare nos a debitis pecca-

38) I 807. *quotannis* Gagn. — 1) II. 245. *deminutis* Rig. ex emend. Latinii. *diminuit* Rhen. I. Gagn. Gelen. Pam. — 2) I. 489. *te* om. Rig. — 3) *dicta* Rig. F. Ursin. *dictum* Rhen. I. Gagn. Gelen. Pam. — 4) *debere* Rhen. I. — 5) *nominibus* Latinius.

torum quibus deo detinebamur, si nobis [6]id dominica ratione conferrent: ut cum coepisset [7]ab huius deficere gratia, ad nostram fidem refugientes *reciperentur in tabernacula aeterna.* Quamvis nunc puta aliam interpretationem parabolae et sententiae istius, dum scias verisimile non esse, ut concussores nostri *in amicitiam redacti* per *mammonam recipiant* tunc *nos in tabernacula aeterna;* sed quid non timiditas persuadebit, quasi et fugere [8]scriptura permittat et redimere praecipiat? Fug. c. 13. p. 198.

9. Quomodo *amicos de mammona fabricabimus nobis*, si eum in tantum amaverimus, ut amissum non sufferamus? Peribimus cum perdito. Pat. c. 7. p. 88.

11. 12. Dictum: *Si in mammona iniusto fideles non exstitistis, quod verum est quis vobis credet? ... Et si in alieno fideles inventi non estis, [9]meum quis dabit vobis?* Marc. IV. c. 33. p. 322.

11. 12. Haec non cadunt in creatorem sed *in mammonam, Quis vobis credet quod verius est?* et *Quis vobis dabit quod meum est?* Marc. IV. c. 33. p. 322.

12. Et quod nostrum videtur, *alienum* est; nihil enim nostrum, quoniam dei omnia, cuius ipsi quoque nos. Pat. c. 7. p. 88.

13. Iniustitiae .. auctorem et dominatorem totius saeculi nummum scimus omnes; cui famulatam videns Pharisaeorum cupiditatem [10]amen-

13. Quibus *duobus dominis neget posse serviri*, quia *alterum offendi* sit necesse, *alterum defendi*, ipse declarat, *deum* proponens *et mammonam.* Marc. IV. c. 33. p. 320.

---

6) *id* Rhen. I. Gagn. Gelen. Pam. *in* Iunius. *de* Rig. Latinius. — 7) *ab huius* Rig. F. Ursin. *ab his* rel. — 8) *scriptura* Rig. Rhenanus. Latin. *scriptum* Rhen. I. Gagn. Gelen. Pam. 3 Vatic. — 9) II. 246. *quod meum est quis* Pam. Rig. — 10) II. 245. *ammentavit* Rig. *amentavit* Pam. [„Nam et alteri codici ms. Vatic. adiuncta erat haec ad marginem

tavit hanc sententiam: *Non potestis deo servire et mammonae.* Marc. IV. c. 33. p. 321.

14. *Irridebant* denique *Pharisaei pecuniae cupidi*, quod intellexissent scilicet mammonam de nummo dictum. Marc. IV. c. 33. p. 321.

15. Adicit: *Scit autem deus corda vestra . . . Quod elatum est apud homines, perosum est deo.* Marc. IV. c. 33. p. 323.

15. *Iustificantes se coram hominibus* Pharisaei spem mercedis in homine ponebant . . . eos . . increpabat. Marc. IV. c. 33. p. 322.

16. Dicens: *Lex et prophetae usque ad Ioannem, ex quo regnum dei annuntiatur.* Marc. IV. c. 33. p. 323.

16. Limitem quendam agnoscamus *Ioannem* constitutum inter vetera et nova, ad quem desineret Iudaismus et a quo inciperet Christianismus. Marc. IV. c. 33. p. 323.

Ut hoc sit: *Lex et* [11] *prophetae usque ad Ioannem.* Marc. V. c. 8. p. 406. III. c. 23. p. 175.

Sedatio *legis* et *prophetarum* et initiatio *evangelii* in quo est *dei regnum*.. Marc. IV. c. 33. p. 323.

Et merito evangelista: *Lex et prophetae usque ad Ioannem* [12] *baptizatorem.* Iud. c. 8. p. 298. c. 13. p. 333.

Ioannem . . . in hoc venturum, ut *legis* et *prophetarum* ordo exinde cessaret per adimpletionem, non per destructionem, et *regnum dei* a Christo *annuntiaretur.* Marc. IV. c. 33. p. 324.

. . altera pro ipso trucidata utique *vim sensit.* Anim. c. 19 ex.

17. Subtexuit, *facilius* elementa *transitura, quam verba sua*, confirmans hoc quoque, quod de Ioanne dixerat, non praeterisse. Marc. IV. c. 33. p. 324.

Transeat igitur *caelum et terra citius . . quam unus apex verborum domini.* Marc. IV. c. 33. p. 324.

18. Christus divortium

18. Facta . . mentione Ioannis

expositio: *amentavit, id est ab amento libravit seu vibravit.*" Pam.] — 11) II. 297. *prophetae* Pam. Rig. 2 Vatic. *propheta* reliq. — 12) II. 718. *baptistam* Fuld.

prohibet dicens: *Qui dimiserit uxorem suam et aliam duxerit, adulterium* [13] *committit. Qui dimissam a viro duxerit*, aeque *adulter est.* Marc. IV. c. 34. p. 324.

Qui dimiserit, inquit, *uxorem et aliam duxerit, adulterium commisit. Et qui a marito dimissam duxerit*, aeque *adulter est.* Marc. IV. c. 34. p. 325.

dominus, et utique successus exitus eius, illicitorum matrimoniorum et [14] *adulterii* [15] figura iaculatus est in Herodem, *adulterum* pronuntians etiam *qui dimissam a viro duxerit:* quo magis impietatem Herodis oneraret qui non minus morte quam repudio *dimissam a viro duxerat*, et hoc, fratre habente ex illam filiam, et vel eo nomine [16] illicite ex libidinis, non ex legis instinctu: ac propterea propheten quoque assertorem legis occiderat. Marc. IV. c. 34. p. 328.

19—31. Subsequens argumentum *divitis apud inferos dolentis* et *pauperis in sinu Abrahae requiescentis.* Marc. IV. c. 34. p. 328.

Illud . . . ipsum cohaeret mentioni Ioannis male tractati et [17] suggillatui Herodis male [18] maritati, utriusque exitum deformans, Herodis *tormenta* et Ioannis *refrigeria.* Marc. IV. c. 34. p. 328.

22. Aspernati si forte *in Abrahae sinu* exspectandae resurrectionis solatium [19] carpere. Anim. c. 55. p. 325.

Stolae martyriorum praeparantur, *angeli baiuli* sustinentur. [1 Thess. 4, 16. 17.] Cult. c. 13. p. 72.

22—26. Si cum saeculo [20] gaudemus, verendum est ne cum

13) II. 247. *committet* Rhen. I. *commisit* Pam. — 14) II. 249. *adulterii* Pam. Rig. Vatic. *adulteri* reliq. — 15) *figuras* Rig. *fulgura* P. Ciacconius. — 16) *illicita* Rhen. I. — 17) II. 250. *suggillatui* Rig. *suggillati* rel. — 18) *maritati* Gagn. in marg., ex coni. Rhenani. *meritati* Rhen. I. Gagn. Gelen. Pam. Rig. *invitati* Fr. Iunius. — 19) II. 642. *carpere* Gagn. Pam. *capere* rel. — 20) I. 88. *gaudebimus* Agob. (Baluz.).

saeculo et lugeamus. [21]Saeculo autem gaudente lugeamus, [22]et saeculo postea [23]lugente gaudebimus. Sic et [24]*Lazarus apud inferos in* [25]*sinu Abrahae refrigerium* consecutus, contra *dives in tormento ignis* constitutus, *alternas malorum* [26]*et bonorum vices* aemula retributione compensant. Idol. c. 13. p. 165.

22—31. Animas *torqueri foverique penes inferos*, licet nudas, licet adhuc exsules carnis, [27]probavit *Lazari* exemplum. Resurr. c. 17. p. 241.

Dolet apud inferos anima cuiusdam et *punitur in flamma* et *cruciatur* in *lingua* et de *digito* animae felicioris implorat *solatium roris*. Imaginem existimas exitum illum *pauperis* laetantis et *divitis* moerentis? et quid illic [28]*Lazari* nomen, si non in veritate res est? Anim. c. 7. p. 222.

Nulli . . animae omnino inferos patere, satis dominus in argumento [29]illo *pauperis requiescentis* et *divitis ingemiscentis* ex persona *Abrahae* sanxit, non posse [30]inde relegari renuntiatorem dispositionis infernae: quod vel tunc licere potuisset, ut *Moysi* et *prophetis crederetur*. Anim. c. 57. p. 333.

Velis ac nolis, et *supplicia* iam illic et *refrigeria*, habes *pau-*

---

21) *saeculo* — — *lugeamus* om. Agob. (Baluz.). — 22) *sed* id. — 23) *audente* Agob. (Hild.). — 24) *Lazarus* Pam. Rig. *Eleazar* Agob. Gagn. Gelen. 25) *sinus* Agob. — 26) *et bonorum* om. Agob. (Baluz.). — 27) II. 488. *probavit* Gelen. Pam. Rig. *probabit* Rhen. I. Gagn. — 28) II. 566. *Eleazari* Agob. — 29) II. 648. *illo* om. Agob. (Hild.). — 30) *inde* om. Gelen. Pam.

perem et *divitem* . . . Cur enim non putes, animam et *puniri* et *foveri in inferis* interim sub exspectatione utriusque iudicii in quadam usurpatione et candida eius? Anim. c. 57. p. 333.

23. Scriptura . . quae [31] *ad inferos* discernit *Abrahae sinum pauperi.* Aliud enim *inferi*, ut puto, aliud quoque *Abrahae sinus.* Marc. IV. c. 34. p. 329.

23. 24. Et *diviti apud inferos lingua* est et *pauperi digitus* et *sinus Abrahae.* Anim. c. 9. p. 227.

23—25. Si quid *tormenti* sive *solatii* anima [32] praecerpit [33] in carcere seu diversorio *inferum*, in *igni* vel in *sinu Abrahae*, probata erit corporalitas animae. Anim. c. 7. p. 222.

23—26. Nec *allevasset dives oculos* et quidem *de longinquo*, nisi in superiora, et de altitudinis longinquo per *immensam* illam *distantiam* sublimitatis et profunditatis. Unde apparet sapienti cuique, qui aliquando Elysios audierit, esse aliquam localem determinationem quae *sinus* dicta sit *Abrahae* ad recipiendas animas filiorum eius, etiam ex nationibus . . . Eam itaque regionem *sinum* dico *Abrahae*, [34] etsi non caelestem, sublimiorem tamen *inferis:* interim *refrigerium* praebituram animabus iustorum, donec consummatio rerum resurrectionem omnium plenitudine mercedis expungat. Marc. IV. c. 34. p. 329.

---

31) II. 250. *ab inferis* Pam. Rig. *ad inferos* reliq. — 32) II. 566. *praecepit* Rig. — 33) *in carcere* Gelen. Pam. Rig. *carcere in corpore* Gagn. *in corpore* Agob. — 34) II. 250. *et non* Rhen. I.

24. Spiritus qui illic de *tormento aquae* anhelat .. Anim. c. 14. p. 236.

25. Christus ... pollicetur ... post decursum vitae apud inferos in sinu Abrahae *refrigerium*. Marc. III. c. 24. p. 177.

26. Et *magnum* ait [35] *intercidere regiones istas profundum* et *transitum* [36] *utrimque prohibere*. Marc. IV. c. 34. p. 329.

Ubi erit scholae regio in tanta distantia deversoriorum? qua ratione discipulae ad magistras conventabunt, *tanto discrimine* invicem absentes? Anim. c. 54. p. 324.

Si paradisum nominemus, locum divinae amoenitatis recipiendis sanctorum spiritibus destinatum, maceria quadam igneae illius zonae a notitia orbis communis segregatum, Elysii campi fidem occupaverunt. Apol. c. 47. p. 114.

29. . . ut iam audiret Herodes: *Habent* illic *Moysen et prophetas; illos audiant*. Marc. IV. c. 34. p. 328.

Habent, inquit, *Moysen et Heliam*, i. e. legem et prophetas Christum praedicantes. Praescr. c. 8. p. 11.

Apud inferos . . dictum est: *Habent* illic *Moysen et prophetas*; *audiant illos*. Marc. IV. c. 34. p. 331.

29. Iudaei ... *habentes* gubernacula disciplinae et timoris instrumenta legem et *prophetas*. Pudic. c. 7. p. 381.

Nostri dei monela de caelo non *Moysen et prophetas* iussit *audiri*, sed Christum: hunc audite. Merito; tunc enim apostoli satis iam *audierant Moysen et prophetas*, qui secuti erant Christum, *credendo Moysi et prophetis*. Marc. IV. c. 34. p. 330.

---

35) II. 250. *intercidere* Rhen. I. prob. Fr. Iun., Seml. *intercedere* Pam. Rig. Leop. Oehl. — 36) *utrumque* Rhen. I.

Cap. XVII.

1. 2. Conversus ibidem *ad discipulos, Vae dicit* auctori *scandalorum; [1]expedisse ei, si natus non fuisset aut si molino saxo ad collum deligato praecipitatus esset in profundum, quam unum ex illis modicis*, utique discipulis eius, *scandalizasset.* Marc. IV. c. 35. p. 331.

Agnosce igitur et iudicem et illo affectu pronuntiantem de cura suorum quo ... Marc. IV. c. 35. p. 332.

3. *Peccantem fratrem* iubet *corripi:* quod qui non fecerit, utique deliquit, aut ex odio volens fratrem in delicto perseverare aut ex acceptione personae parcens ei. Marc. IV. c. 35. p. 332.

4. Et *veniam [2]des* fratri *in te delinquenti* iubet, etiam *septies.* Marc. IV. c. 35. p. 332.

7. 8. Irreligiosum est ante famulorum carnem refrigerare quam domini. Ieiun. c. 10. p. 409.

12—14. Lex *leprosorum* quantae sit interpretationis erga species ipsius vitii et inspectationis summi sacerdotis, nostrum erit scire.... In *curatione decem leprosorum quos* tantummodo *ire* iussos, *ut se ostenderent sacerdotibus, in itinere purgavit*, sine tactu iam et sine verbo, tacita potestate et sola voluntate. Marc. IV. c. 35. p. 332 sq.

14. Praecepit: *Ite, ostendite vos sacerdoti-*

14. Quoniam ipse erat authenticus *pontifex* dei patris, inspexit

1) II. 251. *expedisset* Gelen. — 2) II. 252. *dei* Rhen. I.

bus. Marc. IV. c. 35. p. 334.

illos secundum legis arcanum, significantis Christum esse verum disceptatorem et elimatorem humanarum macularum. Marc. IV. c. 35. p. 334.

Cum ille verbo ... *leprosos purgaret.* Apol. c. 21. p. 57.

14. 18. Ingratos curavit. Pat. c. 3. p. 79.

15—18. Ut vidit agnovisse legem illos Hierosolymis expungendam, ex fide iam iustificandos sine legis ordine remediavit. Unde et *unum* illum *solutum* ex decem, memorem divinae gratiae, *Samariten* miratus, non mandat offerre munus ex lege, quia satis iam obtulerat *gloriam deo reddens.* Marc. IV. c. 35. p. 335.

16. In *Samariae* regionibus res agebatur (17, 11), unde erat et *unus* interim ex *leprosis.* Marc. IV. c. 35. p. 334.

17—19. Nunc etsi (4, 27) praefatus est, multos tunc fuisse leprosos apud Israelem in diebus Helisaei prophetae et neminem eorum purgatum nisi Naaman Syrum, non utique et numerus faciet ad differentiam deorum in destructionem creatoris, *unum remediantis*, et praelationem eius qui *decem emundarit.* Marc. IV. c. 35. p. 333.

19. *Fides tua te salvum fecit.* Marc. IV. c. 35. p. 335.

20. Nec Pharisaei possunt videri de alterius *dei regno* consuluisse dominum, *quando venturum sit* .... Marc. IV. c. 35. p. 336.

20. 21. *Non venit*, inquit, *regnum dei cum ob-*

servatione nec dicunt: Ecce hic, ecce illic. Ecce enim regnum dei intra vos est. Marc. IV. c. 35. p. 336.

21. *Non hic nec illic; ecce enim intra vos est regnum dei.* Marc. IV. c. 35. p. 336.

27. 28. *Nubebant* et *emebant* . . . . . .

21. Quis non ita interpretabitur: *Intra vos est*, id est in manu, in potestate vestra, si audiatis, si faciatis dei praeceptum? Marc. IV. c. 35. p. 336.

25. 30. Dicens . . *filium hominis ante multa pati et reprobari oportere*, ante adventum suum . . . Marc. IV. c. 35. p. 336.

26—30. Cur eum (adventum sc. suum) *diebus Noë* et *Loth* comparat tetris et atrocibus . . lenis et mitis? Marc. IV. c. 35. p. 337.

27. 28. *Nubamus* quotidie et *nubentes* a *die* [3] illo deprehendamur, ut *Sodoma* et Gomorrha. Nam illic non utique nuptias et [4] mercimonia solummodo agebant; sed cum dicit:

. . insigniora ipsa carnis et saeculi vitia [5] denotat, quae a divinis disciplinis plurimum avocent: alterum per lasciviendi voluptatem, alterum per acquirendi [6] voluntatem. Ux. I. c. 5. p. 81.

32. Cur admonet *meminisse uxoris Loth?* Marc. IV. c. 35. p. 337.

33. Illam (*animam* sc.) *salvam* venit *facere* Christus . . . illam pluris fieri vetat. Anim. c. 13. p. 235.

---

3) I. 677. *illo* Rhen. I. Gagn. Gelen. Pam. *illo timoris* Rig. — 4) *matrimonia* Rhen. I. — 5) *denotat* Agob. Rig. *definit* Gagn. Gelen. Pam. *detinentes* Rhen. I. — 6) *cupiditatem* Agob. Rig. *voluntatem* Rhen. I. Gagn. Gelen. Pam.

Cap. XVIII.

1—8. Et *orandi perseverantiam et instantiam* mandans, *parabolam iudicis* ponit, coacti audire *viduam* instantia et perseverantia interpellationum eius. Marc. IV. c. 36. p. 337 sq.

Nullam *parabolam* non aut ab ipso invenias [1]edisseratam... aut a commentatore evangelii praeluminatam, ut *iudicis superbi* et *viduae instantis* ad *perseverantiam orationis* ... Resurr. c. 33. p. 273.

2—5. *Vidua* a *iudice* petebat audiri, quia non admittebatur: sed ubi audita est, hactenus *institit*. Praescr. c. 11. p. 16.

Etiam *vidua* illa non inimicum, licet durum, *iudicem* interpellabat. Praescr. c. 11. p. 16.

2. Legimus .. *Et tamen is non tinguebat, verum discipuli eius.* Bapt. c. 11. p. 197.

6. *Apud puteum* vires resumit. Bapt. c. 9. p. 195.

9) II. 680. *diligit* Pam. Rig. *dilexit* reliq. — 10) *credit* Pam. Rig. *credidit* reliq. — 11) *filium* Pam. Rig. *filio* Seml. Leop. Oehl.

6—26. Et alias semper sibi placentes erant *Samaritani* de *montibus* et *puteis patrum*: sicut in evangelio Ioannis *Samaritana* illa in colloquio domini *apud puteum* . . . Marc. IV. c. 35. p. 334.

Samaritanae sexto iam *matrimonio* non moechae, sed prostitutae, etiam quod nemini facile, *quis esset ostendit.* Pudic. c. 11. p. 393.

7. Sitiens (caro) sub *Samaritide.* Prax. c. 27. p. 259.

Sitiit (caro) sub *Samaritide.* Carn. c. 9. p. 367.

12. Samaritana illa . . . [1] *Ne tu maior sis?* et caetera. Marc. IV. c. 35. p. 334.

14. Cum sermonem facit, *sitientes* ad *aquam suam* invitat *sempiternam.* [Io. 7, 37.] Bapt. c. 9. p. 195.

17. 18. Samaritanae *maritum negat,* ut adulterum ostendat numerosum maritum. Monog. c. 8. p. 151.

20. Et rursus: *Patres nostri in isto monte adoraverunt et vos dicitis quia Hierosolymis oportet adorare.* Marc. IV. c. 35. p. 335.

22. *Quoniam ex Iudaeis salus.* Marc. IV. c. 35. p. 335.

23. 24. Quae . . quaesierit deus, evangelium docet. *Veniet hora,* inquit, *quum veri adoratores adorabunt patrem in*

1) II. 254. *nae* Pam. Rig. *ne* Rhen. I. Gagn. Gelen.

spiritu et veritate. Deus enim *spiritus est: et adoratores* itaque *tales requirit.* Orat. c. 28. p. 24.

24. *Deus* enim *spiritus.* Marc. II. c. 9. p. 77.

Quia *deus spiritus.* Prax. c. 27. p. 260.

Nam et *deus spiritus.* Apol. c. 21. p. 56.

25. 26. Quem vero Samaritidi ostendit? Si *Messiam, qui dicitur Christus*, filium utique se, non patrem demonstravit. Prax. c. 21. p. 239.

32. 34. *Escam* profitebatur *non quam discipuli existimarant*, sed *paterni operis perfectionem.* Ieiun. c. 15. p. 420.

34. Exinde discipulis: *Meum est*, inquit, *ut faciam voluntatem eius qui me misit, ut consummem opus eius.* Prax. c. 21. p. 239.

Cap. V.

2. 3. Ita subtractis [1]charismatis prioribus, lex et prophetae usque ad Ioannem fuerunt, et *piscina Bethsaida* usque ad adventum Christi,[2] *curando valetudines* ab Israel. [3]Desiit a beneficiis deinde, [4]cum perseverantia furoris sui nomen domini per ipsos blasphemaretur. Iud. c. 13. p. 333.

1) II. 738. *charismatum roribus* Rhen. I. Gagn. Gelen. — 2) *valetudines* Fuld. Leid. *curando invaletudines* (*valet.* Rhen. I.) rel. — 3) *curare desiit* Fuld. *desiit a beneficiis* rel. — 4) *cum* Rhen. I. Gagn. Gelen. *cum ex* rel.

2—4. Fuit et Iudaeae *lacus* medicus ante Christum. Anim. c. 50. p. 315.

Angelum aquis intervenire si novum videtur, exemplum futuri praecucurrit. *Piscinam Bethsaidam angelus interveniens commovebat; observabant qui valetudinem querebantur.* Nam *si quis praevenerat descendere illuc*, queri post lavacrum desinebat. Figura ista medicinae corporalis spiritalem medicinam canebat, ea forma qua semper carnalia in figura spiritalium antecedunt. Bapt. c. 5. p. 191.

16. 18. Dicebatis quod propter opera eum non lapidaretis, sed *quoniam ista sabbatis faciebat.* Iud. c. 9. p. 312.

17. „*Pater*“ et „*ego*“ filius dicit. Prax. c. 21. p. 239.

17. Ad Iudaeos de paralytici sanitate: *Pater meus usque modo operatur et ego operor.* Prax. c. 21. p. 239.

18—27. *Propter hoc magis Iudaei illum interficere volebant, non tantum quod solveret sabbatum, sed quod patrem suum deum diceret, aequans se deo. Tunc ergo dicebat ad eos: Nihil filius facere potest a semetipso,* [5] *nisi videat patrem facientem; quae enim ille facit, eadem et filius facit. Pater enim diligit filium et omnia demonstravit illi quae ille* [6] *fecit, et maiora* [7] *istis opera demonstravit illi, ut vos miremini. Quomodo enim*

5) II. 681. *nisi viderit* Pam. Rig. *nihil nisi videat* Vind. Leid. — 6) *facit* Vind. Leid. — 7) *istis* Pam. Rig. *ista* Rhen. I. Gagn. Gelen.

suscitat mortuos et vivificat, ita et filius quos vult vivificat. Neque enim pater iudicat, sed omne iudicium dedit filio, uti omnes honorent filium, sicut honorant patrem. Qui non honorat filium, non honorat patrem qui filium misit. Amen amen dico vobis, quod qui audit sermones [8] *meos et credit ei qui me misit, habet vitam aeternam et in iudicium non* [9] *veniet, sed transit de morte in vitam. Amen dico vobis, quod veniet hora qua mortui audient vocem filii dei et* [10] *cum audierint vivent. Sicut enim pater habet vitam aeternam a semetipso, ita et filio dedit vitam aeternam habere in semetipso, et iudicium dedit illi facere in potestate,* [11] *quia filius hominis est.* Prax. c. 21. p. 239 sq.

19. Quia *filius nihil a semetipso potest facere, nisi viderit patrem facientem.* Prax. c. 15. p. 226.

20. *Pater enim* qui *diligit filium et omnia* tradidit in [12] manu eius ... Prax. c. 16. p. 226.

21. Et *sicut pater vivificat, ita et filius.* Prax. c. 24. p. 250.

22. *Non iudicat pater*

---

8) *meos* om. Leid. Rhen. I. Vind. (*sermonem*). — 9) *venit* Rig. cum F. Ursino. — 10) *qui* Latinius. — 11) *quia* Vind. 2 Vatic. Rhen. I. Gagn. *qua* reliq. — 12) II. 674. *nanu* Pam. Rig. *sinu* Rhen. I. Gagn. Gelen.

quemquam, sed omne iudicium tradidit filio. Prax. c. 16. p. 227.

24 25. Sicut et supra: *Qui audit sermones meos et credit in eum qui me misit, habet vitam aeternam et in iudicium non veniet, sed* [13] *transit de morte* [14] *ad vitam ..... Veniet enim hora,* inquit, *cum mortui audient vocem filii dei et qui audierint, vivent.* Resurr. c. 37. p. 282. 283.

28. 29. Denique cum dicit: *Ne miremini, quod veniet hora in qua omnes qui in monumentis sunt, audient vocem filii dei et procedent, qui bona fecerunt, in vitae resurrectionem, qui mala, in resurrectionem iudicii.* Resurr. c. 37. p. 283.

29. Est autem et *in iudicium resurrectio.* Resurr. c. 50. p. 313.

An tu discernas actus carnis et spiritus? quorum et in vita et in morte et in resurrectione tantum communionis atque consortii est, ut pariter tunc aut *in vitam* aut *in iudicium suscitentur,* quia scilicet pariter aut deliquerint aut [15] innocenter egerint. Paen. c. 3. p. 45.

30. *Nec suam, sed patris* perfecit *voluntatem.* [Io. 6, 38.] Prax. c. 8. p. 203.

34. Non est mihi necessarium hominibus probari, *nec* enim *humanum testimonium* requiro. Cult. c. 13. p. 70.

13) II. 514. *transiet* Rhen. I. Gagn. Rig. 3 Vatic. *transibit* Gelen. *transit* Pam. — 14) *in* Pam. de cod. I. Clem. — 15) I. 647. *innocentes* Rig.

35. *Ille fuit*, inquit, *lucerna ardens et lucens.* Iud. c. 9. p. 310.

36. 37. Adhuc adicit: *Ego autem habeo maius quam Ioannis testimonium. Opera enim quae pater mihi dedit consummare illa, ipsa de me testimonium perhibent, quod me pater miserit. Et qui me misit pater, ipse testimonium dixit de me.* Subiungens autem: *Neque vocem eius audistis unquam neque formam eius vidistis...* Prax. c. 21. p. 240.

39. Secundum quod [16] et alibi aperte: *Scrutamini* [17] *scripturas, in quibus salutem speratis. Illae enim de me loquuntur.* Praescr. c. 8. p. 11.

42. Dicente ipso domino: *Ego veni in patris mei nomine.* Prax. c. 17. p. 230.

Ego, inquit, *veni in patris mei nomine.* Prax. c. 23. p. 245.

Denique dicit: *Ego veni in patris mei nomine et non me recepistis.* Prax. c. 21. p. 240.

Iam enim filius (novum patris nomen est): [18] *Ego veni*, inquit, *in nomine patris.* Orat. c. 3. p. 4.

---

16) II. 10. *et* Rhen. I. Pam. Rig. Seml. Leop. — 17) *inquit script.* Gagn. Gelen. Pam. Rig. — 18) *Ego veni* — — *patris* om. Gagn. Gelen. Pam.

Cap. VI.

15. *Regem* [1]*se . . fieri,* conscius sui regni, refugit. Idol. c. 18. p. 175.

27. Docens *operari escam quae permanet in vitam aeternam.* Ieiun. c. 15. p. 420.

28. Interrogantibus . . *quid facere debeant*, respondit:

29. *Ut credatis in eum quem deus misit.* Prax. c. 21. p. 240.

33. Paulo supra: *Panis est sermo dei vivi qui descendit de caelis.* [Io. 6, 41. 51.] Orat. c. 6. p. 8.

35. *Ego sum*, inquit, *panis vitae.* Orat. c. 6. p. 8.

35. *Panem* quoque *se* adfirmat, quem pater praestaret de caelo.

37. Ergo *omne quod ei daret pater, ad se venire nec reiecturum se.*

38. Sensum rei exprimit dominus: *Ego*, dicens, *veni, non ut meam, sed ut patris, qui me misit, faciam voluntatem.* Resurr. c. 34. p. 276.

38. *Quia de caelo descendisset, non ut suam sed ut patris faceret voluntatem.*

40. *Voluntatem* autem *patris esse, uti qui viderit filium et crediderit in eum, vitam et resurrectionem consequatur.*

44. *Neminem* porro *ad se venire posse nisi quem pater adducat.*

45. *Omnem qui a patre audisset et didicisset, venire ad se.*

46. *Non quasi patrem aliquis viderit.* Prax. c. 21. p. 240 sq.

---

1) I. 99. *se* om. Agob. Rig.

38. [4]Sic enim ipse pronuntiavit, *non suam, sed patris facere se voluntatem.* Orat. c. 4. p. 6.

Nec suam, sed patris perfecit voluntatem. [Io. 5, 30.] Prax. c. 8. p. 230.

39. Hoc est: *Ut omne quod pater mihi dedit, non perdam ex eo quicquam.* Resurr. c. 35. p. 279.

Ut omne quod dedit mihi, non perdam ex eo quicquam, sed resuscitem illud in novissima die. Resurr. c. 34. p. 276.

40. Ingerens amplius: [2]*Haec est patris voluntas, ut omnis qui* [3]*aspicit filium et credit in eum, habeat vitam aeternam, et suscitem illum novissima die* . . . Resurr. c. 34. p. 277.

44. *Nemo ad me venit, nisi pater eum adduxerit.* Prax. c. 24. p. 250.

45. . . adiciens et hic, ut ostenderet *patris* esse sermonem per quem *docti fiant.* Prax. c. 21. p. 241.

48. *Ego sum*, inquit, *panis vitae.* [Io. 6, 35.] Orat. c. 6. p. 8.

48. Christus . . *panis* noster est, quia *vita Christus* et [5]*vita panis.* Orat. c. 6. p. 8.

51. *Et panis quem ego dedero pro salute mundi, caro mea est.* Carn. c. 13. p. 374.

51. Paulo ante *carnem* suam *panem* quoque *caelestem* pronuntiarat, urgens usquequaque per allegoriam necessariorum pabulorum memoriam patrum, qui

---

2) II 511. *hoc* Rhen. I. Gagn. *haec* reliq. — 3) *aspicit* Rhen. I. Gagn. *videt* reliq. — 4) I. 559. *sic* Gelen. Pam. Rig. Murator. *si* Agob. (Hildebr.) Gagn. — 5) I. 561. *vitae* Seml.

panes et *carnes* Aegyptiorum praeverterant divinae vocationi. Resurr. c. 37. p. 282.

52. . . quasi vere *carnem* suam *illis edendam determinasset.* Resurr. c. 37. p. 282.

60. *Durum* et intolerabilem existimaverunt *sermonem* eius. Resurr. c. 37. p. 282.

63. Praemisit: *Spiritus est qui vivificat.* Atque ita subiunxit: *Caro nihil prodest . . .* Exsequitur etiam quid velit intellegi spiritum: *Verba quae locutus sum vobis, spiritus sunt, vita sunt.* Resurr. c. 37. p. 282.

Spiritus enim *est qui vivificat . . caro nihil prodest.* Resurr. c. 50. p. 313.

63. *Spiritus prodest, vivificat* enim. *Caro nihil prodest,* mortificatur enim. Resurr. c. 37. p. 282.

66. Nonne *ab ipso* domino [6]quidam *discentium* scandalizati [7]*deverterunt?* Praescr. c. 3. p. 4.

66—68. At cum *discedunt ab eo multi et apostolis suis offert, si velint discedere et ipsi:* quid *respondit Simon Petrus?* Prax. c. 21. p. 241.

68. 69. *Quo* [8]*discedemus? Verba vitae habes et nos credimus, quod tu sis Christus.* Prax. c. 21. p. 241.

67—69. Nec tamen propterea caeteri quoque *discedendum* a vestigiis eius putaverunt: sed qui scierunt *illum vitae* esse *verbum*

---

6) II. 5. *quidem* Gagn. — 7) *divert.* Vatic. — 8) II. 682. *discedemus* Pam. *discedimus* reliq.

et a deo venisse, perseveraverunt in comitatu eius usque ad finem: cum [9]illis, si *vellent et* [10]*ipsi discedere*, placide obtulisset. Praescr. c. 3. p. 4.

69. Et alibi *Christus dei filius*, non pater dictus est. Prax. c. 21. p. 239.

Cap. VII.

5. *Fratres domini non* [1]*crediderant in illum:* [2]sicut et in evangelio ante Marcionem edito continetur. Carn. c. 7. p. 361.

15. 16. Cuius . . *doctrinam* dicit, *ad quam mirabantur? suam* an patris? Prax. c. 22. p. 241.

24. Merito [3]exprobrat etiam, quod *iustum non* a semetipsis *iudicarent* . . . . Iam vero quam absurdum, ut ille mandaret *iuste iudicare* qui deum iudicem iustum destruebat! Marc. IV. c. 29. p. 314.

25—27. Aeque ambigentibus inter se, *ne ipse esset Christus* . . . Prax. c. 22. p. 241.

28. 29. [4]*Neque me scitis*, inquit, *unde sim, et non veni a me ipso, sed est verus qui me misit, quem vos non nostis. Ego novi illum, quia* [5]*ab illo sum et ille me misit.* Prax. c. 22. p. 241.

28. 29. Non dixit, *quia ipse sum, et ipse me misi*, sed *ille me misit.* Prax. c. 22. p. 241.

32. Item cum *misissent ad in-*

9) II. 6 *illis* Agob. Rhen. I. in marg. Gagn. Gelen. Pam. Rig. *illi* Rhen. I. *ille* Rhen. I. in marg. — 10) *ipsis* Rhen. I. Gagn. Gelen. — 1) II. 440. *crediderunt* Gagn. Gelen. Pam. — 2) *sicut evangelio* Agob. Rig. — 3) II. 241. *et probat* Rhen. I. — 4) II. 682. *neque me scitis* Rhen. I. Gagn. Gelen. Pam. Rig. *neque nescitis* Leid. Oehl. *atque me scitis* Fr. Iunius. — 5) *ab illo sum, et ille me misit* Pam. Rig. *apud illum sum* reliq.

vadendum eum Pharisaei . . . Prax. c. 22. p. 241.

33. *Modicum adhuc temporis*, ait, *vobiscum sum et vado ad eum qui me misit.* Prax. c. 22. p. 241.

37. Cum sermonem facit, *sitientes* ad aquam suam invitat sempiternam. Bapt. c. 9. p. 195.

Cap. VIII.

16. Ubi se negat esse *solum: Sed ego . . .* Prax. c. 22. p. 241.

16. *Sed ego*, inquit, *et qui me misit pater . .* Prax. c. 22. p. 241.

17. *Legem* proponens *duorum hominum testimonium confirmantem . .* Prax. c. 22. p. 242.

18. Subiungit: *Ego testimonium dico de me, et testimonium dicit de me qui me misit pater.* Prax. c. 22. p. 242.

19. *Si me cognovistis, et patrem cognovistis.* Prax. c. 24. p. 250.

19. Item interrogatus, *ubi esset pater*, *neque se neque patrem notum esse illis respondens*, duos dixit ignotos. Prax. c. 22. p. 242.

Quodsi ipsum nossent, patrem nossent. Prax. c. 22. p. 242.

26. *Qui me*, ait, *misit, verax est, et ego quae ab eo audivi, ea et loquor in mundum.* Prax. c. 22. p. 242.

26. Omnia apud *patrem audivit* et vidit, et [1]quae mandatus est a patre, *ea* et *loquitur*. Prax. c. 8. p. 203.

27. Interpretante extrinsecus scriptura, *non cognovisse illos quod* de *patre dixisset*, cum scilicet cognoscere debuissent sermones

---

1) II. 661. *ad quae* Latinius.

28. 29. Ipse rursus: *Tunc*, inquit, *cognoscetis quod ego sim et a memetipso nihil loquar: sed sicut me docuit, ita et loquor. Quia et qui me misit, mecum est.* Prax. c. 22. p. 242.

38. *Ego*, inquit, *quae vidi penes patrem meum loquor, et vos quod vidistis penes patrem vestrum, id facitis.* Prax. c. 22. p. 242.

40. *Et nunc vultis occidere hominem veritatem vobis locutum, quam audivit a deo.* Prax. c. 22. p. 243.

Nunc autem vultis occidere hominem veritatem ad vos locutum. Carn. c. 15. p. 377.

42. Et: *Si deus esset pater vester, dilexissetis me. Ego enim ex deo exivi et veni.* Prax. c. 22. p. 243.

Quia ego ex deo exivi et veni. Prax. c. 24. p. 250.

44. Pater et ipse cognominatus: *Vos ex diabolo patre estis.* Anim. c. 16. p. 241.

Ipse . . a primordio mendax est. Prax. c. 1. p. 190.

49. *Ego daemonium non* patris in filio esse . . Prax. c. 22. p. 242.

40. Item in altercatione Iudaeorum exprobrans, quod *occidere eum vellent*: *Ego*, inquit . . . Prax. c. 22. p. 242.

44. Si . . *mendacium* divinitatis *diabolus* operatur, in hac etiam specie *a primordio mendax* . . . Coron. c. 7. p. 348.

48. Hic est ille . . . *Samarites et daemonium habens.* Spect. c. 30. p. 143.

habeo, sed honoro patrem meum. Prax. c. 22. p. 243.

54. 55. *Si ego me ipse glorificem, nihil est gloria mea. Est qui me glorificet, pater, quem vos dicitis deum esse vestrum. Nec nostis illum, at ego novi illum. Et si dicam: Non novi, ero similis vestri mendax. Sed novi illum et sermonem eius servo.* Prax. c. 22. p. 243.

56. Cum subiungit: *Abraham diem meum vidit et laetatus est* .....

56. 58. . . nempe demonstrat filium *Abrahae* retro *visum*, non patrem. Prax. c. 22. p. 243.

59. Insidiatoribus cessit. [Io. 10, 39. Luc. 4, 29 sq.] Pat. c. 3. p. 79.

Refugit et ipse vim interdum. [Mt. 12, 15. Luc. 4, 30.] Fug. c. 8. p. 186.

Cap. IX.

1. 4. Super *caecum* illum *patris opera* dicit *se facere oportere.* Prax. c. 22. p. 243.

7. 35. Cui (caeco sc.) post restitutionem luminum: *Tu*, inquit, *credis in filium dei?* Prax. c. 22. p. 243.

24. *Deo honorem reddas.* Fug. c. 5. p. 180.

36. 37. Et interroganti *quis esset iste*, ipse se demonstrans utique filium demonstravit, quem *credendum* esse dixerat. Prax. c. 22. p. 243.

Cap. X.

7. 9. Christum dominum .. viderat (Iacob somnians), templum dei et *portam* eundem, *per quem aditur* caelum . . . Est et *porta* quae recipit et quae perducit. [Io. 2, 19.] Marc. III. c. 24. p. 180.

11. *Bonus pastor animam pro pecoribus ponit.* Fug. c. 11. p. 190.

11. *Ovis* proprie Christianus et grex domini ecclesiae populus et *pastor bonus Christus.* Pudic. c. 7. p. 380.

Illam (animam) et ipse *bonus pastor pro pecudibus suis ponit.* Anim. c. 13. p. 235.

12. Christo confirmante figuras suas: *Malus pastor est qui viso lupo fugit et pecora diripienda derelinquit* . . . Fug. c. 11. p. 190.

.. cui ille si forte patrocinabitur *pastor* quem in calice depingis. Pudic. c. 10. p. 392.

15. Dehinc *cognosci se* profitetur *a patre et patrem a se.* Prax. c. 22. p. 243.

17. 18. Et *ideo se dilegi a patre, quod animam suam ponat,* quia *hoc praeceptum accepisset a patre.* Prax. c. 22. p. 243.

23. Nostra institutio de *porticu Salomonis* est. Praescr. c. 7. p. 10.

24. Interrogatus a *Iudaeis, si ipse esset Christus* . . . . Prax. c. 22. p. 243.

25. *Loquor,* inquit, *vobis et non creditis. Opera quae ego facio in nomine patris, ipsa de me testimonium dicunt.* Prax. c. 22. p. 244.

25. Praeeunte definitione etiam ipsius Christi: Ex *operibus* ineundae probationes. Marc. II. c. 5. p. 68.

27. 28. De *ovibus* etiam *suis,* quod *nemo illas de manu eius eriperet* .. Prax. c. 22. p. 244.

29. 30. [1] *Pater enim quod mihi dedit, maius est omnibus. Et ego et pater unum sumus.* Prax. c. 22. p. 244.

30. *Ego et pater unum sumus.* Hermog. c. 18. p. 104. Prax. c. 8. p. 204. c. 20. p. 236. c. 24. p. 250. c. 25. p. 252. Orat. c. 2. p. 4.

30. Hic . . iam gradum volunt figere stulti, immo caeci, qui non videant, primo *Ego et pater* duorum esse significationem; dehinc in novissimo *Sumus* non ex unius esse persona, quod pluraliter dictum est; tunc quod *Unum sumus*, non *Unus sumus* . . . *Unum* dicit neutrali verbo. Prax. c. 22. p. 244.

32. Addit etiam, *multa se opera a patre ostendisse*, quorum nihil *lapidari* mereretur. Prax. c. 22. p. 244.

34—38. *Si in lege*, inquit, *scriptum est: Ego dixi, vos dii estis, et non potest solvi scriptura: quem pater sanctificavit et misit in mundum, vos eum blasphemare dicitis, quia* [2] *dixerat, filius dei sum? Si non facio opera patris mei, nolite credere; si vero facio et mihi credere non vultis, vel propter opera credite. Et scitote quod ego in patre sim et pater in me.* Prax. c. 22. p. 245.

39. . . alium *elapsum* de mediis turbis . . . Carn. c. 24. p. 395.

Insidiatoribus cessit. [Luc. 4, 29 sq.] Pat. c. 3. p. 79.

---

1) II. 684. *pater en. quod mihi dedit, maius est omnibus* Rhen. I. Gagn. Gelen. Pam. Rig. *pater qui maior est omnibus dedit mihi* 3 Vatic. — 2) *dixi* Pam. Rig. de coni. Pamelii. *dixerit* Fr. Iunius.

Cap. XI.

1—45. Mater . . non demonstratur adhaesisse illi, cum [1]*Marthae* et *Mariae aliae* in commercio eius frequententur. [Mt. 27, 56. Mc. 16, 9. Io. 12, 1—3. 19, 25.] Carn. c. 7. p. 361.

27. [2]*Martha filium dei* eum confessa non magis erravit, quam Petrus et Nathanael: quamquam, etsi errasset, statim didicisset. Prax. c. 23. p. 245.

34—44. In *Lazaro*, praecipuo resurrectionis exemplo, caro iacuit in infirmitate, caro paene computruit in dedecorationem, caro interim [3]putuit in corruptionem: et tamen *Lazarus* caro *resurrexit*, cum anima quidem, sed incorrupta: quam nemo *vinculis lineis strinxerat*, nemo *in sepulchro collocarat*, nemo *iam foetere senserat*, nemo *quatriduo* viderat seminatam. Resurr. c. 53. p. 321.

35. [4]*Lacrimatur* (caro) super Lazarum. Carn. c. 9. p. 367.

Flens (caro) Lazarum. Prax. c. 27. p. 259.

36. *Vide*, inquiunt, *ut invicem se diligant.* Apol. c. 39. p. 94.

41. Pater voluit filium in terris haberi, se vero in caelis. [5]Quo et ipse filius *suspiciens* et orabat et postulabat a *patre*. Prax. c. 23. p. 246.

41. 42. Ad suscitandum fratrem eius a mortuis ad caelum et ad patrem

1) II. 440. *Martha et Maria alia* Gagn. Gelen. Pam. — 2) II. 684. *Martha* Pam. Rig. *Maria* reliq. — 3) II. 538. *putuit* Rig. *putruit* reliq. — 4) II. 445. *lacrimatus est* Agob. Rig. — 5) II. 685. *quod* Rhen. I.

dominus *suspiciens: Pater*, inquit, ... *gratias ago tibi, quod me semper exaudias;* [6]*propter istas turbas circumstantes dixi, ut credant quod tu me miseris.* Prax. c. 23. p. 245.

43. 44. Mortuam (carnem) resuscitat. Carn. c. 4. p. 350.

Domini facta ... de sepulchris mortuos resuscitantis. Resurr. c. 38. p. 283.

Cap. XII.

1—3. .. cum .. *Mariae* aliae in commercio eius frequententur. [Mt. 27, 56. Mc. 16, 9. Io. 11, 1 sqq. 19, 25.] Carn. c. 7. p. 361.

1—8. Peccatrici feminae etiam corporis sui contactum permittit, *lavanti* lacrimis *pedes eius* et *crinibus detergenti* et [7]*unguento sepulturam ipsius inauguranti.* Pudic. c. 11. p. 393.

3. 7. Ne forte dicatur quod .. alium postea *unguenti senserit spiritum* quod in *sepulturam suam* acceptavit. Anim. c. 17. p. 245.

6. Iudam .. aliquamdiu cum electis deputatum usque ad *loculorum* officium, etsi iam *fraudatorem*, traditorem [8]tamen nondum ... Anim. c. 11. p. 232.

27. 28. In conturbatione animi: *Et quid dicam? Pater, salvum me fac de*

---

6) II. 684. *sed propter* Latinius. — 7) I. 814. *unguenti* Agob. — 8) II. 573. *tandem* Gelen. Pam.

ista hora. Atquin propter hoc veni in istam horam. Verum, pater, glorifica nomen tuum. Prax. c. 23. p. 245.

28. [9]Et rursus: *Pater, glorifica nomen tuum.* Orat. c. 3. p. 4.

Ita [10]et in isto: *Glorificavi et glorificabo rursus . . .* dicens: *Et glorificavi et glorificabo.* Prax. c. 23. p. 246.

Ab ipso patre, coram de caelis filium . . glorificante . . *Et glorificavi et glorificabo.* Prax. c. 24. p. 249.

30. Ad istos [11]nunc dominus pronuntiavit: *Non propter me ista vox venit, sed propter vos.* Prax. c. 23. p. 247.

44. 45. Adhuc exclamat Iesus et dicit: *Qui credit in me, non in me credit, sed in eum credit qui me misit . . et qui conspicit me, conspicit eum qui me misit.* Prax. c. 23. p. 247.

49. *Quoniam . . a me-*

28. Postulat filius de terris, pater promittit a caelis. Prax. c. 23. p. 246.

31. Hic erit diabolus, quem et alibi . . deum *aevi huius* agnoscemus. Marc. V. c. 17. p. 451.

36. Lucere in mundo Christianos oportebat ut *filios lucis*, lumen mundi unum et deum et dominum colentes et nominantes. Prax. c. 13. p. 217 sq.

9) I. 557. *Et rursus — — tuum* om. Gagn. Gelen. Pam. — 10) II. 685. *et in isto* Pam. Rig. *et isto* reliq. — 11) II. 685. *tunc* Rig. cum F. Ursino.

metipso non sum locutus, sed qui me misit pater, ipse mihi mandatum dedit, quid dicam et quid loquar. Prax. c. 23. p. 247.

50. *Sicut mihi pater dixit, ita et loquor.* Prax. c. 23. p. 247.

50. Dominus enim dat mihi linguam disciplinae ad cognoscendum, quando oporteat discere sermonem quem *ego loquor.* Prax. c. 23. p. 247.

Cap. XIII.

1. Haec quomodo dicta sint, evangelizator et utique tam carus discipulus Ioannes . . . noverat ideoque ipse de suo sensu: *Ante autem* . . . Prax. c. 23. p. 247.

1. 3. *Ante autem sollemnitatem Paschae*, inquit, *sciens Iesus omnia sibi tradita a patre esse et se ex deo* [1]*exisse et ad deum vadere* . . Prax. c. 23. p. 248.

2. Praxeas ipsum vult patrem de semetipso exisse et ad semetipsum abisse, ut *diabolus in cor Iudae* non filii *traditionem*, sed patris ipsius *inmiserit.* Prax. c. 23. p. 248.

Iudam . . aliquamdiu cum electis deputatum . . . [2]postea *diabolus intravit.* Anim. c. 11. p. 232.

Scriptum est . . apud me, Satanam in *Iudam introisse.* [Luc. 22, 3.] Marc. V. c. 6. p. 395.

4—12. In suos . . . quibus sor-

---

1) II. 686. *exisse* Rig. cum F. Ursino. *esse* reliq. — 2) II. 573. *sed postea* Gagn.

dido ministerio functus est. Idol. c. 18. p. 175.

Ille quidem . . nec *aquam* reprobavit creatoris, *qua suos abluit.* Marc. I. c. 14. p. 25.

Aquam discentibus ministrat. Bapt. c. 9. p. 195.

[3]Atquin ipse *lavandis discipulorum pedibus ministravit.* Pat. c. 3. p. 78.

4. 5. Agnoscant necesse est et recumbentem in lectulo Christum et cum *pelvem discipulorum pedibus offert* et cum *aquam ex* [4]*urceo ingerit* et cum *linteo circumstringitur*, propria Osiridis veste. Coron. c. 8. p. 349.

10. Dominus, dicens Petro perfundi nolenti: *Qui semel lavit, non habet necesse rursum.* Bapt. c. 12. p. 198.

10. Illud dictum domini de *uno lavacro* sub *Petri* persona . . . Bapt. c. 12. p. 199.

11. Parum hoc, si non etiam *proditorem suum* secum habuit nec constanter denotavit. Pat. c. 3. p. 79.

18. Poterat et ab extraneo quolibet tradi, [5]ne dicerem et in hoc psalmum expunctum . . . Marc. IV. c. 40. p. 357.

18. *Qui mecum panem edit,* [6]*levabit in me plantam.* [Ψ. 41, 10.] Marc. IV. c. 40. p. 357.

23—26. Ioannem . . *dilectissimum* domino, *pectori eius incubantem, cui soli dominus Iudam traditorem* [7]*praemonstravit.* Praescr. c. 22. p. 26.

3) I. 591. *aquam* Rig. ex coni. F. Ursini. *atquin* Rhen. I. Gagn. Gelen. Pam. (3 Vatic.) liber Pithoei, Laurent. Magl. — 4) I. 436. *urgeo* Agob. m. pr. — 5) II. 267. *ne dicerent non et in hoc* F. Ursinus. *ni dicerem et in hoc* Fr. Iunius. — 6) *levavit* Latinius. — 7) II. 20. *praemonstravit* Agob. Gagn. in marg. Gelen. Pam. Rig. *demonstr.* Rhen. I. Gagn.

[8]Agnoscam necesse est et *recumbentem* in lectulo Christum. Coron. c. 8. p. 349.

31. Scriptura subiungit: *Nunc glorificatus est filius hominis et deus glorificatus est in illo.* Prax. c. 23. p. 248.

32. *Et deus*, inquit, [9]*glorificavit illum in semetipso.* Prax. c. 23. p. 248.

35. Vide, inquiunt, ut *invicem se diligant.* [Ioann. 11, 36.] Apol. c. 39. p. 94.

Dilectio .. Christiani nominis thesaurus. Pat. c. 12. p. 97.

Cap. XIV.

2. Licet *multae mansiones* penes *patrem* eundem. Monog. c. 10. p. 155.

Dominus *multas mansiones* quasi *domus* apud *patrem* repromittit. Resurr. c. 41. p. 290.

Quomodo *multae mansiones* apud *patrem*, si non pro varietate meritorum? Scorp. c. 6. p. 360.

5 — 7. Et Thomas aliquamdiu incredulus: [1]*Domine* (enim inquit), *non scimus quo eas, et quomodo viam novimus?* Et Iesus: *Ego sum via, veritas et vita. Nemo venit*

---

8) I. 436. *agnoscam* Florent. Rhen. I. Gagn. Gelen. Pam. *agnoscant* Agob Rig. — 9) II. 686. *glorificavit* libri omnes. *glorificabit* Oehl. — 1) *domine enim inquit* Pam. Rig. *domino enim inquit* Rhen. I. Gagn. Gelen. *domine inquit* Oehl.

ad patrem nisi per me. Si cognovissetis me, cognovissetis et patrem; [2]*sed abhinc nostis illum et vidistis illum.* Prax. c. 24. p. 248.

6. *Ego sum via. Nemo ad patrem venit nisi per me.* Prax. c. 24. p. 250.

7. *Et si me cognovistis, et patrem cognovistis.* Prax. c. 24. p. 250.

8. 9. *Ostende*, inquit, *nobis patrem et sufficit nobis.* Et dominus: *Philippe, tanto tempore vobiscum sum et non co-*

6. Dominus noster Christus *veritatem se*, non consuetudinem cognominavit. Virg. c. 1. p. 2.

8. In evangelio ante *Philippi* consultationem. Prax. c. 21. p. 236.

Propter unum *Philippi* sermonem et domini responsionem ad eum [3]videmur Ioannis evangelium decucurrisse, ne tot manifeste pronuntiata et ante et postea unus sermo subvertat. Prax. c. 26. p. 253.

Et pervenimus iam ad *Philippum* qui spe excitatus *videndi patris* nec intellegens quomodo visum patrem audisset ... Prax. c. 24. p. 249.

Vicarium se patris ostenderat, per quem pater et videretur in [4]factis et audiretur in verbis et cognosceretur in filio, facta et verba patris administrante; quia invisibilis pater, quod et *Philippus* didicerat in lege et meminisse debuerat. Prax. c. 24. p. 250.

2) *sed et* Rhen. I. Gagn. *sed* reliq. — 3) II. 689. *videmus* Pam. Rig. — 4) II. 687. *factis et audiretur in* om. edd. Seml. Oberth. et Leop.

gnovistis me? Prax. c. 24. p. 249.

9. .. dicendo: *Qui me videt, patrem videt.* Prax. c. 24. p. 250.

Apparere iam potest quomodo dictum sit: *Qui me videt, videt et patrem.* Prax. c. 24. p. 249.

9. 10. In evangelio responsionem domini ad Philippum tuentur . . . *Qui me viderit, [5]videt et patrem* — et: *Ego in patre et pater in me.* Prax. c. 20. p. 236.

10. Dicit: *Ego in patre.* Prax. c. 8. p. 203.

Dicit: *Ego sum in patre et pater in me.* Prax. c. 24. p. 251.

Subicit: *Non [6]credis quia ego in patre et pater [7]in me?* Prax. c. 24. p. 250 [bis].

Verba, inquit, *quae ego loquor vobis, non sunt mea . . . pater autem manens in me facit opera.* Prax. c. 24. p. 251.

11. Atque adeo: *Credite*, ait, (quid? me patrem esse? Non puto scriptum esse, sed) *quia ego in patre et pater in me; si quo minus, vel propter opera credite.* Prax. c. 24. p. 251.

9. Quem dicit *cognosci* ab illis debuisse? Prax. c. 24. p. 249.

9. 10. Ideo suggillatur, *patrem videre* desiderans quasi visibilem, et instruitur *visibilem eum in filio fieri* ex virtutibus, non ex personae repraesentatione. Prax. c. 24. p. 250.

16. *Paracletum* quoque a *patre*

5) II. 679. *vidit* Rhen. I. — 6) II. 687. *creditis* Pam. Rig. — 7) *in me est* Pam. Rig.

se postulaturum, cum ascendisset ad patrem, et missurum repromittit. Prax. c. 25. p. 251.

16. 17. *Rogabo enim*, inquit, *patrem et alium advocatum mittet vobis, spiritum veritatis.* Prax. c. 9. p. 206.

16. 17. [8] Nullam (ecclesiam) respexerit *spiritus* sanctus, uti eam in [9] *veritatem* deduceret, ad hoc missus a Christo, ad hoc postulatus de patre, ut esset doctor *veritatis.* Praescr. c. 28. p. 33.

26. Confirmatore omnium istorum *paracleto*, duce universae veritatis . . [Io. 16, 13.] Ieiun. c. 10. p. 408.

Nemo sanctus ante *spiritum sanctum* de caelo repraesentatum ipsius disciplinae determinatorem. [Act. 2, 4.] Pudic. c. 11. p. 394.

27. Talem *pacem* Christus ad patrem regrediens mandavit. Fug. c. 13. p. 199.

28. Ipse profitetur: *Quia pater maior me est.* Prax. c. 9. p. 206.

Pater, inquit, *maior me est.* Prax. c. 14. p. 222.

30. Diabolus, quem et alibi . . . deum *aevi* huius agnoscemus. [Io. 16, 11.] Marc. V. c. 17. p. 451.

Principi saeculi (cui [10] alii quam diabolo?) servitium suum tradidit. Pudic. c. 9. p. 388.

Tradidit se *principi* huius *aevi.* Pudic. c. 9. p. 389.

Cap. XV.

1. Percurre adhuc et invenies quem *patrem* credis, vice *patris* dictum et *patrem agricolam* . . . . Prax. c. 25. p. 252.

8) *nullum resp. sp. s., uti eum* coni. Ios. Scaliger. — 9) II. 25. *veritate* Rhen I. Gagn. — 10) I. 810. *aliquamdiu diabolo* Gagn.

1—8. Sic Iudaei terrena solummodo sperando caelestia amittunt, ignorantes . . [11]et aquam spiritus et *vinum* animae vigorantis *ex vite Christi.* Resurr. c. 26. p. 262.

6. Non valebit blasphemiae *surculus*, *arescet* cum suo artifice. Marc. II. c. 4. p. 65.

19. Ego me *saeculo*, non deo liberum memini. Ieiun. c. 13. p. 415.

Cap. XVI.

7. Etiam ipse dominus, nisi ipse prius ascenderet ad patrem, aliter negavit spiritum descensurum. Bapt. c. 10. p. 196.

Et supra de hoc eius (spiritus s.) opere pronuntiavit. Virg. c. 2. p. 3.

12. Christi . . . qui *habere se* dixit et alia *multa* quae a paracleto edocerentur. Monog. c. 2. p. 135.

12. 13. Dixerat plane aliquando: *Multa habeo adhuc* [1]*vobis loqui, sed non potestis modo ea sustinere,* — tamen adiciens: *Cum venerit ille spiritus veritatis, ipse vos* [2]*deducet in* [3]*omnem veritatem.* Praescr. c. 22. p. 26.

[4]*Adhuc*, inquit, *multa habeo loqui vobis, sed nondum potestis ea baiulare. Cum venerit ille*

11) II. 501. *et vinum spiritus aquam animae* Rhen. I. Gagn. Gelen. Rig. cod. Pithoei. *et aquam spiritus et vinum animae* Pam. ex cod. Io. Clem. — 1) II. 21. *loqui vobis* Agob. *vobis loqui* reliq. — 2) *deducet* Agob. Gagn. Gelen. Pam. Rig. *ducet* Rhen. I. — 3) *omni* . . . Agob. *omni veritate* Rhen. I. — 4) I. 884. *adhuc ad vos multa habeo loqui sed* Laurent.

spiritus veritatis, deducet vos in omnem veritatem et supervenientia renuntiabit vobis. Virg. c. 1. p. 3.

De utroque . . ipse dominus pronuntiavit; dicens enim: *Adhuc multa habeo quae loquar ad vos, sed nondum potestis portare ea. Cum venerit spiritus sanctus, ille vos ducet in omnem veritatem* . . . Monog. c. 2. p. 134.

13. *Non enim ab se loquetur, sed quae* mandantur a Christo. Virg. c. 1. p. 3.

13. Consecuturi mox *spiritum sanctum* paracletum, qui *illos deducturus* esset *in omnem veritatem.* Praescr. c. 8. p. 12.

Paracleto, *duce universae veritatis.* Ieiun. c. 10. p. 408.

Et ipse *spiritum* dei habens, *deductorem omnis* [5]*veritatis.* Coron. c. 4. p. 343.

Paracletum non recipiendo, *deductorem omnis veritatis.* Fug. c. 1. p. 1.

Instructiores per paracletum, [6]*deductorem* scilicet *omnis veritatis.* Prax. c. 2. p. 191.

Spiritum sanctum . . . *deductorem omnis veritatis*, quae est in patre et filio et spiritu sancto secundum Christianum sacramentum. Prax. c. 30. p. 267.

Ideo paracletus necessarius, *deductor omnium veritatum.* Fug. c. 14. p. 200.

Spiritus superveniens ad *deducendam* disciplinam *in omnem veritatem* . . . Monog. c. 3. p. 138.

Qui exinde miserit secundum

5) I. 425. *veri* Agob. — 6) II. 654. *deductionem* Laurent.

promissionem suam a patre *spiritum* sanctum paracletum, sanctificatorem fidei . . Prax. c. 2. p. 191 sq.

14. Caeterum, *De meo sumet*, inquit. Prax. c. 25. p. 251.

14. Paracletus . . multa habens edocere quae in illum distulit dominus secundum praefinitionem... *ipsum glorificabit.* Monog. c. 2. p. 135.

15. *Omnia*, inquit, *patris mea sunt.* Prax. c. 17. p. 230.

20. Est scriptum: *Saeculum gaudebit, vos vero lugebitis.* Idol. c. 13. p. 165.

Saeculum, inquit, *gaudebit, vos tristes eritis.* Spect. c. 28. p. 140.

Saeculum enim gaudebit, vos vero lugebitis. Coron. c. 13. p. 359.

24. Etiam: *Petite et accipietis*, ei competit qui ... Praescr. c. 8. p. 11. Bapt. c. 20. p. 208.

Dominus, prospector humanarum necessitatum, seorsum post traditam orandi disciplinam: *Petite*, inquit, *et accipietis.* Orat. c. 10. p. 11.

Cap. XVII.

1. 6 sqq. Illuc (ad *caelos* sc.) respiciens discipulos suos *patri* [1]tradidit. Prax. c. 25. p. 252.

2. *Omnium* accepit *potestatem.* Prax. c. 17. p. 230.

1) II. 688. *tradit* Rig. cum F. Ursino.

6. Ad ipsum patrem: *Nomen tuum manifestavi hominibus.* Prax. c. 17. p. 230.

Et apertius: *Nomen tuum manifestavi hominibus.* Orat. c. 3. p. 4.

10. *Omnia*, inquit, *patris mea sunt.* Prax. c. 17. p. 230.

Cap. XVIII.

10. 11. Patientia domini in *Malcho vulnerata* est. Pat. c. 3. p. 79.

12. Alium elapsum de mediis turbis, alium *detentum.* Carn. c. 24. p. 395.

Cap. XIX.

2. Foedis *vestitur*, foedioribus *coronatur.* Pat. c. 3. p. 79.

2. 3. [1]Si forsitan opponis ipsum Christum *coronatum*, ad hoc breviter interim audies: Sic et tu coronare; [2]licitum est. Tamen nec illam impietatis contumeliosae *coronam* populus conscivit. Romanorum *militum* commentum fuit [3]ex usu rei saecularis. Coron. c. 9. p. 350 sq.

3. Ille arundine et *colaphis diverberatus.* Spect. c. 30. p. 144.

9. Velut agnus coram tondente se sine voce, sic non aperuit os

---

1) I. 438. *si fors. opponis* Agob. Rig. *sed fors. oppones* rel. — 2) *licitum* Agob. Rig. *et licitum* reliq. — 3) *ex usu rei saecularis* Laurent. Rhen. I. Gagn. Gelen. Pam. Rig. *luxuria saecularis* Agob. m. sec. sed antiqua. [Fortasse legendum: *ex usu regni saecularis.* Roensch.]

suum. Hic enim Pilato interrogante *nihil locutus est.* Iud. c. 13. p. 331.

12. Dicentes ad Pilatum, cum vellet eum dimittere . . . *Si hunc dimiseris, non es amicus Caesaris.* Iud. c. 8. p. 300.

17. Et Christus suis temporibus *lignum* humeris suis *portavit*, inhaerens cornibus crucis, corona spinea in capite eius circumdata. Iud. c. 13. p. 331.

18. 19. Nec ante rex gloriae a caelestibus salutatus est, quam *rex Iudaeorum* proscriptus [4]*in crucem.* Coron. c. 14. p. 362.

25. . . cum . . *Mariae aliae* in commercio eius frequententur. [Mt. 27, 56. Mc. 16, 9. Io. 11, 1 sqq. 12, 1 sqq.] Carn. c. 7. p. 361.

26. Ioannem . . . quem loco suo *filium Mariae* demandavit. Praescr. c. 22. p. 26.

30. 33. Suffixus *spiritum cum verbo* sponte [5]*dimisit*, [6]*praevento carnificis officio.* Apol. c. 21. p. 58.

34. Incumbens et requiescens super [7]*luncho quo perfossum est latus Christi.* Coron. c. 11. p. 354.

Quum vulneratur, *aqua de latere prorumpit;* scit *lancea militis.* Bapt. c. 9. p. 195.

Ex vulnere *lateris dominici aqua et sanguis*, utriusque lavacri paratura, *manavit.* Pudic. c. 22. p. 435.

---

4) I. 455. *cruci* Agob. Rig. *in cruce* Fr. Iunius. — 5) I. 202. *demisit* Paris. I. IV. Goth. Erfurt. — 6) *praeeunte* Paris. IV. — 7) I. 443. *pilum quo* Agob. Rig. *lumbos quo* Laurent. Rhen. I. *luncho quo* Gagn. Gelen. Pam. *lonche qua* Iunius.

Hos duos baptismos (*aquae* et *sanguinis*) de vulnere *perfossi lateris* [8] *emisit.* Bapt. c. 16. p. 203.

Somnus Adae mors erat Christi dormituri in mortem, ut de iniuria perinde *lateris eius* vera mater viventium figuraretur, ecclesia. Anim. c. 43. p. 304.

37. *Tunc et cognoscent eum qui compugerunt.* Marc. III. c. 7. p. 134.

Videbunt [9] *enim eum in quem confixerunt.* Resurr. c. 26. p. 261.

Et videbunt et agnoscent qui eum confixerunt. Carn. c. 24. p. 396.

37. *Agnoscentes quem pupugerunt.* Resurr. c. 22. p. 253.

[10] *Agnoscendus* . . eis *qui illum convulneraverunt.* Resurr. c. 51. p. 315.

39. 40. Ne forte dicatur quod . . . alium postea *unguenti* senserit spiritum, quod *in sepulturam suam acceptavit.* Anim. c. 17. p. 245.

Cap. XX.

1—8. Sed [1] ecce, die tertia concussa repente terra et *mole revoluta*, quae obstruxerat *sepulchrum*, et [2] custodia pavore disiecta, nullis apparentibus discipulis, nihil in *sepulchro* repertum est, praeterquam [3] *exuviae sepulti.* Apol. c. 21. p. 59.

15. Hic est quem clam . . . [4] *hortulanus detraxit*, ne lactucae suae

8) I. 635. *omisit* Latin. — 9) II. 501. *enim eum qui* Gelen. Pam. *enim in quem* F. Ursin. *enim eum in quem* 3 Vatic. reliq. — 10) *agnoscendis* Rhen. I. — 1) I. 203. *ecce die tertia* Paris. IV. Goth. Rhen. I. II. Gelen. Pam. Herald. Rig. Oxon. Erfurt. *ecce tertia die* Paris. I. II. Erlang. *ad diem tertiam* Fuld. — 2) *custodiae* Paris. I. II. — 3) *exuviae sepulchri* Rig. *exuvias sepulturae* Fuld. — 4) I. 62. *ortolanus* Agob.

frequentia commeantium [5]laederentur. Spect. c. 30. p. 144.

17. Tam fideli feminae, ex dilectione, non ex curiositate nec ex incredulitate Thomae tangere eum adgressae: *Ne*, inquit, *contigeris me, nondum ascendi ad patrem meum. Vade autem ad fratres meos . . . et dices eis: Ascendo ad patrem meum et patrem vestrum, deum meum et deum vestrum.* Prax. c. 25. p. 252.

Christus . . qui dicit: *Ascendo ad patrem meum et patrem vestrum et deum meum et deum vestrum.* Prax. c. 28. p. 262.

22. 23. Non leviter [6]nobiscum pactus est *spiritus sanctus*, etiam ultro pactus, quo magis honorandus. Sponsionem eius nemo dissolvet nisi ingratus. Iam nec recipiet quae *dimisit*, nec [7]*dimittet* quae *retinuit*. Pudic. c. 12. p. 395.

25—29. Apostoli perennes veniant, assistant; *videat* illos meus *Thomas, audiat, contrectet* et [8]*credat*. Anim. c. 50. p. 316.

27. Fidelis et tactus exinde *creduli Thomae*. Anim. c. 17. p. 245.

29. *Feliciores enim*, [9]inquit, *qui non* [10]*vide-*

5) *adlaederentur* Agob. Rig. — 6) I. 816. *nobiscum pactus est* Rig. F. Ursin. *nobis compactus* Gagn. Gelen. Pam. — 7) *dimisit* Gagn. — 8) II. 636. *credat* Pam. *credidit* rel. — 9) II. 511. *inquit* Pam. de cod. Io. Clementis. Om.: Rhen. I. Gagn. Gelen. — 10) *vident* Rhen. I. Gagn.

runt et credunt. Resurr. c. 34. p. 277.

31. .. nisi: *Ut credatis,* inquit, *Iesum Christum filium dei.* Prax. c. 25. p. 253.

31. Ipsa quoque clausula evangelii, propter quid consignat *haec scripta?* nisi . . . Prax. c. 25. p. 252.

Cap. XXI.

18. Tunc *Petrus ab altero cingitur*, cum cruci adstringitur. Scorp. c. 15. p. 387.

20. Ioannem . . *dilectissimum* domino, *pectori eius incubantem* . . Praescr. c. 22. p. 26.

23. *Obiit* et Ioannes, quem in adventum domini remansurum frustra fuerat spes. Anim. c. 50. p. 316.

Zweiter Haupttheil

des Tertullianischen Neuen Testamentes:

Apostolica instrumenta.

Dieser zweite Haupttheil der von Tertullian anerkannten neutestamentlichen Schriften („Resurrectionem *apostolica* quoque *instrumenta* testantur," Resurr. c. 39. p. 285) zerfällt, wie aus den Citaten, die er sowohl de Resurrectione Carn. c. 39—61. p. 285—338 als auch de Pudicitia c. 12—19. p. 394—426 der Reihe nach anführt, deutlich hervorgeht, in folgende drei Bestandtheile:

I. *Instrumentum Actorum* (Marc. V. c. 2. p. 376), die *Apostelgeschichte* enthaltend;

II. *Instrumentum Pauli*, aus *13 Briefen* bestehend;

III. *Instrumentum Ioannis*, enthaltend die *Apocalypse* und den (ersten) *Brief* des *Iohannes*.

Dazu kommt ihm noch IV. ein *Anhang*, welcher 4 Briefe, nämlich einen Brief Petri, den des Barnabas an die Hebräer, den des Judas und den (zweiten) des Iohannes, umfasst.

Den ausführlicheren Nachweis dieses Bestandes und dieser Reihenfolge s. in: *Credner*, Geschichte des neutestamentlichen Kanon. Herausg. v. Volkmar. Berl. 1860. S. 172—174 u. 364—366.

I. Instrumentum Actorum.

Die *Apostelgeschichte* kommt bei Tertullian unter folgenden Bezeichnungen vor. Er nennt sie:

1. *Instrumentum Actorum*, Marc. V. c. 2. p. 376: .. quando nec promissio spiritus sancti aliunde probetur exhibita, quam de *instrumento Actorum*.

2. *Apostolicum instrumentum κατ' ἐχοχήν*, Pudic. c. 12. p. 394: Age nunc vel de *apostolico instrumento* doceant ma-

culas carnis post baptisma respersae paenitentia dilui posse.

3. *Acta apostolorum*, Marc. V. c. 1. p. 371: Certe *Acta apostolorum* hunc mihi ordinem Pauli tradiderunt, a te quoque non negandum. c. 2. p. 375 sq.: Quodsi et ex hoc congruunt Paulo *apostolorum Acta*, cur ea respuatis iam apparet, — welche Stelle zugleich die Verwerfung dieser Schrift von Seiten der Marcioniten bezeugt. Praescr. c. 22. p. 26: Probantibus *Actis apostolorum* descensum spiritus sancti: quam scripturam qui non recipiunt, nec spiritus sancti esse possunt, qui necdum spiritum sanctum possint agnoscere discentibus missum, sed nec ecclesiam defendere, qui, quando et quibus incunabulis institutum est hoc corpus, probare non habent. c. 23. p. 27: Possumus .. *Acta apostolorum* repudiantibus dicere .. Prax. c. 28. Carn. c. 15. Bapt. c. 10. Anim. c. 34. Adv. omn. Haeres. c. 1 (bis). 6.

4. *Acta* schlechthin, Marc. V. c. 3. p. 378: .. quae in *Actis* edicuntur. Prax. c. 17. Petrus in *Actis* concionatur .. Resurr. c. 23. Scorp. c. 15. Ieiun. c. 2.

5. *Scriptura apostolicorum*, Marc. V. c. 2. p. 375: Decurrens ordinem conversionis suae .. *scripturam apostolicorum* confirmat, apud quam ipsa etiam epistulae istius materia recognoscitur.

6. *Commentarius Lucae*, Ieiun. c. 10. p. 407: Cum in eodem *commentario Lucae* . . tertia hora orationis demonstretur . .

Das älteste Verzeichniss der Bücher des N. T. aus der afrikanischen Kirche („Fragmentum Muratorii“) sagt über die Apostelgeschichte: „*Acta* autem omnium *apostolorum* sub uno libro scripta sunt. Lucas ‚optime Theophile‘ conprendit quia [i. e. quaecunque] sub praesentia eius singula gerebantur, sicut et semote passionem Petri evidenter declarat, sed profectionem Pauli ab Urbe ad Spaniam proficiscentis.“

Cap. I.

2—8. Cum discipulis .. quibusdam apud Galilaeam, [1] Iudaeae regionem, *ad quadraginta dies* egit, docens eos quae docerent. Apol. c. 21. p. 59.

8. 9. Dehinc ordinatis eis ad officium praedicandi per orbem, circumfusa *nube* in caelum est [2] receptus. Apol. c. 21. p. 59.

9. Ante Christum caelo resumptum. Pudic. c. 11. p. 394.

9—11. Tunc *in caelos recuperato eo*, angeli ad apostolos *dixerunt*, *sic venturum, quemadmodum et in caelos conscendit.* Bapt. c. 19. p. 207.

10. 11. Quis caelo descendentem Iesum talem conspexit, qualem *ascendentem* apostoli *viderant* secundum angelorum constitutum? Resurr. c. 22. p. 253.

11. Hic et *venturus est* rursus super nubes caeli, talis qualis et *ascendit.* Prax. c. 30. p. 267.

Idem .. et substantia et forma qua *ascendit*, talis etiam *descensurus*, ut angeli adfirmant. Resurr. c. 50. p. 315.

Idem *veniet de caelis* qui est passus; idem omnibus apparebit qui est resuscitatus. Carn. c. 24. p. 396.

Inde *venturus* cum totius mundi motu, cum horrore orbis, cum planctu omnium, [3] sed non Christianorum. [Apoc. 1, 7.] Apol. c. 23. p. 67.

---

1) I. 203. *Iudaeae regionis ad quinquaginta dies* Fuld. — 2) *ereptus* Fuld. Rig. Haverc. — 3) I. 215. *si non* Paris. IV. Rhen. II. Pam. Gorz. *non* Rhen. I.

20. 26. Statim . . apostoli, quos haec appellatio Missos interpretatur, *assumpto per sortem* duodecimo *Matthia* in locum Iudae ex auctoritate prophetiae, quae est in *psalmo* David, consecuti... Praescr. c. 20. p. 23.

Cap. II.

1—4. Implevit (Christus) repromissum, probantibus Actis Apostolorum *descensum spiritus sancti.* Praescr. c. 22. p. 26.

1—4. 15. Primus *spiritus sanctus congregatis discipulis hora tertia infusus est.* Orat. c. 25. p. 23.

1—36. *Pentecoste* . . . [1]quo et domini resurrectio inter discipulos frequentata est et gratia *spiritus sancti* dedicata. Bapt. c. 19. p. 207.

4. Ante *spiritum sanctum de caelo repraesentatum* ipsius disciplinae determinatorem . . . Pudic. c. 11 ex.

9. 10. Cui . . [2]et aliae gentes crediderunt, *Parthi, Medi, Elamitae et qui* [3]*inhabitant Mesopotamiam, Armeniam, Phrygiam, Cappadociam, et incolentes Pontum et Asiam* [4]*et Pamphyliam, immorantes Aegyptum et regionem Africae quae est trans Cyrenen, inhabitantes* [5]*Romani et incolae,* tunc et in Hierusalem *Iudaei* et

---

1) I. 639. *quod* Gagn. — 2) II. 713. *gentes* Fuld. *et aliae gentes* reliq. — 3) *habitant* Fuld. *inhabitant* reliq. — 4) *et* om. Fuld. Rhen. I. Gagn. Gelen. — 5) *Romam* Rhen. I.

ceterae gentes. Iud. c. 7. p. 289.

13. 15. Cum in eodem commentario Lucae et *tertia hora* orationis [6] demonstretur, sub qua spiritu sancto initiati pro *ebriis* habebantur. Ieiun. c. 10. p. 407.

17. Nobis . . nulla Iudaeae praefinitio competit praedicationis *in omnem* iam *carnem effuso spiritu sancto.* Fug. c. 6. p. 183.

17. *In novissimis diebus effundam de spiritu meo in omnem carnem, secundum Ioelem.* Marc. V. c. 4. p. 382. 383. c. 11. p. 421. c. 17. p. 449.

17. 18. Iam nunc et illa promissio spiritus sancti absolute facta per Ioelem: *In novissimis* [7] *diebus effundam de meo spiritu in omnem carnem et prophetabunt filii filiaeque eorum. Et super servos et ancillas meas de meo spiritu effundam.* Marc. V. c. 8. p. 406.

17. 18. *Effundens* (deus sc.) *in novissimis diebus de suo spiritu in omnem carnem, in servos suos et ancillas.* Resurr. c. 63. p. 340.

20. Vota nostra suspirant saeculi huius occasum [8] in transitum mundi quoque ad *diem domini magnum.* Resurr. c. 22. p. 251.

22. Petrus in Actis Apostolorum: *Iesum Nazarenum, virum vobis a deo destinatum.* Carn. c. 15. p. 377.

Viri Israelitae, auribus mandate quae dico: Iesum Nazarenum, virum a deo vobis destinatum, et reliqua. Pudic. c. 21. p. 432.

Petrus in Actis con-

6) I. 865. *demonstret* Gagn. — 7) II. 297. *diebus* Vatic. Pam. Rig. *temporibus* reliq. — 8) II. 494. *in* om. Rhen. I. Gagn.

cionatur: *Dominus virtutum.* Prax. c. 17. p. 230.

30. Hunc *fructum ex lumbis David .. iurat illi deus* [9]*consessurum in throno ipsius.* Carn. c. 21. p. 391.

Illum .. qui .. *ex fructu lumborum David* destinabatur. Marc. IV. c. 36. p. 341.

33. Altissimus, qua *dextera dei exaltatus*, sicut Petrus in Actis concionatur. Prax. c. 17. p. 230.

34. Illic .. ubi *ad* patris *dexteram praesidet* Christus. Scorp. c. 10. p. 374.

34. 35. Adhuc stantem *ad dexteram dei*, ut exinde *sessurum, donec ponat* illi pater omnes *inimicos* sub *pedibus suis.* Prax. c. 30. p. 267.

36. Sic et Petrus: *Firmissime itaque cognoscat omnis domus Israel quod et dominum et Christum .. . fecerit eum deus, hunc Iesum quem vos crucifixistis.* Prax. c. 28. p. 261.

44. 45. Eo fortasse minus legitimi existimamur, quia nulla de nostra [10] fraternitate tragoedia exclamat vel quia ex substantia familiari fratres sumus, quae penes vos [11] fere dirimit fraternitatem. Itaque [12] qui animo animaque miscemur, nihil de *rei communicatione* dubitamus; *omnia indiscreta sunt apud nos* praeter uxores. Apol. c. 39. p. 94.

---

9) II. 460. *concessurum* Rig. — 10) I. 262. *fraternitate* om. Goth. Erfurt. Oxon. — 11) *facile* Erlang. — 12) *quia* Pam. ex aliquot libris.

Cap. III.

1. . . quando et *orationes* fere *hora nona* concludat, de *Petri* exemplo quod Actis refertur. Ieiun. c. 2. p. 392.

Petrus et qui cum eo ad horam nonam orationis templum introgressi [1]leguntur. Ieiun. c. 10. p. 407.

Nona qua *templum sunt introgressi.* Ieiun. c. 10. p. 407.

1—11. Idem (*Petrus*) *cum Ioanne ad nonam in templum adibat*, ubi *paralyticum sanitati reformavit* suae. Orat. c. 25. p. 23.

Et debiles redintegraverunt (apostoli). [Mc. 6, 13. Act. 8, 7. 28, 8. 9.] Pudic. c. 21. p. 431.

7. 8. Debilem pedibus absolvit vitio valetudinis. Pudic. c. 21. p. 432.

11. Nostra institutio de *porticu Salomonis* est. [Act. 5, 12.] Praescr. c. 7. p. 10.

15. *Deductor* generis humani. [Act. 5, 31.] Apol. c. 21. p. 54.

19—21. De quibus temporibus et Petrus in Actis: *Paeniteat* [2]*itaque vos et* [3]*resipiscite ad abolenda delicta vestra, ut tempora vobis superveniant refrigerii ex persona dei et mittat praedesignatum* [4]*vobis Christum, quem oportet accipere caelos ad usque tempora ex-*

1) I. 865. *aguntur* Gagn. — 2) II. 497. *paeniteat itaq. vos* Vind. Leid. 3 Vatic. cod. Io. Clem. Pam. Rig. *poeniteat vos* reliq. — 3) *resipiscite* Pam. Rig. de emend. Erasmi *respicite* reliq. — 4) *vobis* Gelen. Pam. Rig. *nobis* reliq.

hibitionis omnium quae locutus est deus ore sanctorum prophetarum. Resurr. c. 23. p. 255.

Cap. IV.

1. 2. In synagogis et in locis publicis non tacebant (apostoli). [Act. 4, 33. 5, 42. 11, 19.] Praescr. c. 26. p. 31.

5—30. Cum huic negotio (circumferendi scil. legem ex Sion profectam et sermonem domini ex Hierusalem) accingerentur apostoli, renuntiaverunt *presbyteris et archontibus et sacerdotibus* Iudaeorum. Marc. III. c. 22. p. 172.

25. 26. *Quam tumultuatae sunt gentes et populi meditati sunt inania? Astiterunt reges terrae et principes congregati sunt in unum adversus dominum et adversus Christum eius.* Marc. III. c. 22. p. 172.

26. . . . nec non et *congregati* essent *adversus dominum et adversus Christum ipsius.* Marc. V. c. 14. p. 438.

27. Sicut in Actis: *Collecti sunt* [1] *enim vere in ista civitate adversus sanctum filium tuum, quem unxisti.* Bapt. c. 7. p. 192.

Non ita docent Acta Apostolorum in illa ex-

1) I. 626. *enimvero* Gagn.

clamatione [2] ad deum: *Convenerunt enim universi in ista civitate adversus sanctum filium* [3] *tuum, quem unxisti, Herodes et Pilatus cum nationibus.* Prax. c. 28. p. 261.

32. *Omnia indiscreta* sunt apud nos praeter uxores. Apol. c. 39. p. 95.

34—37. Apostoli persecutionibus agitati, quando se [4] pecunia tractantes liberaverunt? quae illis utique non deerat ex *praediorum pretiis ad pedes eorum depositis,* certe multis locupletibus credentibus viris ac feminis, qui his etiam refrigeria subministrabant. Fug. c. 12. p. 194.

Et *pecuniam* in primo calore fidei catholicae ecclesiae *contulit.* Marc. IV. c. 4. p. 191.

Cap. V.

1—4. *Mendacium* cupiditatis ministrum. Idol. c. 11. p. 160.

5. *Percussus* est *Ananias . . . morte.* Pudic. c. 21. p. 431.

Ananiam [1] vinxit vinculo mortis. Pudic. c. 21. p. 432.

Et plagas inflixerunt (apostoli). [Act. 13, 11.] Pudic. c. 21. p. 431.

31. Huius . . gratiae disciplinaeque arbiter et magister, [2] illuminator atque *deductor* generis

2) II. 693. *ad deum* Rhen. I. Gagn. Gelen. *ecclesiae ad deum* Vatic. Pam. Rig. Rhen. I. in marg. — 3) *tuum Iesum quem* Pam. Rig. — 4) I. 485. *pecunia tractantes* Rig. ex emendat. Pithoei. Al. *tractantes* ponunt post *Apostoli.* — 1) I. 843. *iunxit* Gagn. — 2) I. 197. *et inluminator* Erlang.

humani filius [3]dei adnuntiabatur. Apol. c. 21. p. 54.

40. Quae . . passos *apostolos* scimus, manifesta doctrina est. Hanc intellego solam Acta decurrens, nihil quaero: carceres illic et vincula [Act. 5, 18] et *flagella* . . . Scorp. c. 15. p. 387.

Cap. VI.

5. Alter haereticus *Nicolaus* emersit: hic *de septem diaconis*, qui in Actis Apostolorum *allecti sunt*, fuit. Praescr. c. 46. p. 62. [Adv. omn. Haer. c. 1.]

Cap. VII.

19. *Pharac educari non sinebat infantes.* Marc. IV. c. 23. p. 281.

48. 49. Ille qui *non habitat in manu factis* . . . cui *caelum thronus et terra scabellum.* Prax. c. 16. p. 229.

55. Hunc *videt Stephanus*, cum [1]lapidaretur, adhuc *stantem ad dexteram dei.* Prax. c. 30. p. 267.

55. 59. 60. Et *Stephanus angelicum* iam fastigium induerat [Act. 6, 15], sed non alia *genua* [2]*lapidationi succiderant.* Resurr. c. 55. p. 327.

58. Stephanus opprimitur. Scorp. c. 15. p. 387.

58—60. His patientiae viribus

---

3) *dei* om. Erlang. — 1) II. 696. *lapidatur* Rig. F. Ursinus. *lapidaretur* Rhen. I. Gagn. Gelen. Pam. — 2) II. 542. *in lapidatione* Gelen. Pam.

secatur Esaias et de domino non tacet, *lapidatur Stephanus* et *veniam hostibus suis postulat.* Pat. c. 14. p. 99.

Cap. VIII.

4. Discipuli . . *diffusi* per orbem ex praecepto magistri dei paruerunt. Apol. c. 21. p. 60.

9—11. Multa utique et adversus apostolos [1] *Simon* dedit et Elymas *magi.* Anim. c. 57. p. 331.

9—23. *Simonianae . . magiae* disciplina angelis serviens, utique et ipsa inter idololatrias deputabatur et a *Petro apostolo in* ipso *Simone damnabatur.* Praescr. c. 33. p. 42.

Ad eos me converto, qui ex evangelio haeretici esse voluerunt: ex quibus est primus omnium *Simon Magus,* qui in Actis Apostolorum *condignam meruit ab apostolo Petro iustamque sententiam. Hic ausus est summam se dicere virtutem.* Praescr. c. 46. p. 59. [Adv. omn. Haer. c. 1.]

Et [2] alia illa species [3] *magiae* quae miraculis operatur, etiam adversus Moysen aemulata, [4] patientiam dei traxit ad evangelium usque. Nam exinde et *Simon Magus* [5] iam fidelis, quoniam aliquid adhuc de circulatoria secta cogitaret, ut scilicet inter miracula professionis suae etiam *spi-*

---

1) II. 647. *Simon dedit et* Gagn. Gelen. Pam. *Simon et* Agob. Rig. *Simon edidit et* I. Scaliger. — 2) I. 79. *aliam illam speciem* Agob. — 3) *magi aeque* Gagn. — 4) *patientia* Agob. (Hild.) F. Iunius. — 5) *iamiam* Agob. Gagn.

ritum sanctum per manuum impositionem enundinaret, maledictus ab apostolis de fide [6] *eiectus est* .... Post evangelium nusquam invenias aut sophistas aut Chaldaeos aut incantatores aut coniectores aut *magos*, nisi plane punitos.... Nihil scis, mathematice, [7] si nesciebas te futurum Christianum. Sin sciebas, hoc quoque scire debueras, nihil tibi futurum cum ista professione. Ipsa te de periculo suo instrueret, quae aliorum climacterica [8] praecanit. Idol. c. 9. p. 157.

21. *Non est tibi pars neque sors in ista ratione.* Idol. c. 9. p. 158.

9—25. Et *Simon Samarites* in Actis Apostolorum *redemptor spiritus sancti*, posteaquam *damnatus ab ipso cum pecunia sua* [9] *in interitum, frustra flevit* .... Anim. c. 34. p. 287.

18. 19. Non aliter et *Simon* facere temptavit, cum *pecuniam apostolis obtulit pro spiritu Christi.* Fug. c. 12. p. 193.

20. Audiet ergo et iste qui se redimens Christi spiritum redemit: *Pecunia tua tecum sit in interitum: quoniam gratiam dei pretio consequendam putasti.* Fug. c. 12. p. 193.

27—39. Nisi et ille *spado quem Philippus inter vias fortuita aqua tinxit*, plus salutis aut minus retulit. Bapt. c. 4. p. 188.

---

6) *deiectus* Fr. Iunius. — 7) *si nesciebas* Gagn. *si sciebas* Agob. Rig. *sin sciebas* Gelen. Pam. — 8) *praecanit* Agob. Rig. *praecavit* reliq. — 9) II. 613. *in* om. Gagn. Gelen. Pam.

Si *Philippus* tam facile *tinxit eunuchum*, recogitemus manifestam et exsertam dignationem domini intercessisse. *Spiritus Philippo praeceperat in eam viam* [10]*praetendere; spado* et ipse inventus est non otiosus nec qui subito tingui concupisceret, sed *ad templum orandi gratia profectus, scripturae divinae impressus*, sic oportebat deprendi *cui ultro deus apostolum miserat*, [11] *ad quem rursus spiritus ut se curriculo eunuchi adiungeret iussit; scriptura* ipsius *fidei* occurrit in tempore, *exhortatus adsumitur, dominus ostenditur, fides* non moratur, *aqua* non exspectatur, *apostolus perfecto negotio eripitur.* Bapt. c. 18. p. 205.

32. *Tanquam ovis ad victimam ductus est et tanquam agnus ante tondentem, sic non aperuit os.* Fug. c. 12. p. 192.

Tanquam ovis ad victimam deduci habebat *et tanquam agnus ante tondentem sine voce, ita non aperiens* [12] *os.* Marc. III. c. 7. p. 133.

Tanquam ovis ad victimam ductus est et velut agnus coram tondente se sine voce, sic non aperuit os suum. Iud. c. 13. p. 331.

Tanquam ovis ad victimam adductus est et

32. Cum .. traditur, cum adducitur, *ut pecus ad victimam, sic* enim *non magis aperit os, quam agnus sub tondentis* potestate .... Pat. c. 3. p. 79.

An ipse erat, qui *tanquam ovis ad victimam adduci* habens et *tanquam ovis coram tondente, sic os non aperturus*, figuram sanguinis sui salutaris implere concupiscebat? Marc. IV. c. 40. p. 357.

---

10) I. 637. *praetendere* Gagn. Gelen. Pam. *pertendere* Rig. F. Ursinus. — 11) *ad quem* Gagn. Pam. Rig. Seml. *quem* Leop. Oehl. — 12) II. 130. *os suum* Pam. Rig. codd. Pam.

tanquam agnus ante tondentem non aperuit os. Marc. III. c. 17. p. 159.

Tanquam agnus . . coram tondente, sic non aperuit os suum. Marc. IV. c. 42. p. 363.

Tanquam ovis ad [13] *iugulationem adductus est et tanquam agnus ante* [14] *tondentem* (scilicet Herodem) *sine voce, sic non aperuit os* [15] *suum.* Resurr. c. 20. p. 248.

Cap. IX.

1—21. Audiens postea eum (*Paulum* sc.) *a domino allectum* iam in caelis [1] quiescente, quasi inprovidentiam existimo, si non ante [2] scivit illum sibi necessarium Christus, sed iam ordinato officio apostolatus et in sua opera dimisso ex incursu, non ex prospectu, adiciendum existimavit; necessitate, ut ita dixerim, non voluntate. Marc. V. c. 1. p. 369.

Haec figurarum sacramenta si tibi displicent, certe Acta Apostolorum [3] hunc mihi ordinem *Pauli* tradiderunt, a te quoque non negandum. Inde *apostolum* ostendo *persecutorem*, non ab hominibus neque per hominem; inde et ipsi credere inducor. Marc. V. c. 1. p. 371.

Paulus vero *apostolus de*

---

13) II. 492. *iugulationem* Vind. Leid. 3 Vatic. Rhen. I. Gagn. Rig. *victimam* Gelen. Pam. — 14) *se tondentem* Gelen. — 15) *suum* om. Vind. Leid. — 1) II. 274. *quiescentem* Rhen. I. — 2) *scit* Rhen. I. — 3) II. 275. *hinc* Rhen. I.

persecutore, qui primus ecclesiae sanguinem fudit, postea gladium stilo mutans et convertens machaeram in aratrum, lupus rapax Beniamin, dehinc [4]adferens ipse etiam escam secundum Iacob... Scorp. c. 13. p. 382.

6. 8. Hoc est quod [5]dominus in illa plaga orbationis praeceperat: *Exsurge*, dicens, *et introi Damascum, illic tibi demonstrabitur quid debeas agere.* Bapt. c. 13. p. 201.

8. 9. . . ut a se novissime visum, per accessibilem utique lucem, quamquam et illam neque [6]ipse *sine periculo luminis* expertus est neque . . Prax. c. 15. p. 225.

10. 15. 18. Et *Paulus* revera cito [7]*tinctus est.* Cito enim *cognoverat* [8]*Simon hospes, vas eum esse electionis* constitutum. Bapt. c. 18. p. 205.

15. Et utique crediderat et omnia sacramenta cognoverat, *vas electionis, doctor nationum.* Resurr. c. 23. p. 255.

Hoc . . legisse debueras: etsi non [9]in epistula, sed in ipsa apostoli secta a pudore clarius quam stilo eius impressum, ne scilicet [10]*Paulum*, apostolum Christi, *doctorem* [11]*nationum* in fide et veritate, *vas electionis* ...

4) I. 530. *adferens ipse etiam escam* Gelen. Pam. *ipse adf. et. esc.* Gagn. *ipse adf. escam* Agob. Rig. — 5) I. 633. *dominus* Gelen. Pam. Rig. *et dominus* Gagn. *ei dominus* F. Ursinus. — 6) II. 673. *et ipse* Rhen. I. — 7) I. 638. *tinctus* Pam. Rig. *unctus* Gagn. Gelen. — 8) *Simon* Gagn. Gelen. Rig. *Iudas* Pam. *Ananias* Latin. — 9) I. 824. *in epistola* Rig. F. Ursin. *epistola* reliq. — 10) *et Paulum* Gagn. — 11) *nationum* — — *electionis* om. Gagn.

tantae levitatis inficeres. Pudic. c. 14. p. 405.

18. Apostolis ... quos *tinctos* non invenimus in domino, praeter *Paulum*. Bapt. c. 12. p. 198.

Omnes exinde credentes tinguebantur. Tunc et *Paulus*, ubi credidit, *tinctus est*. Bapt. c. 13. p. 201.

21. Illi non essent ammirati de persecutore factum praedicatorem. Praescr. c. 23. p. 27.

24. 25. *Paulus* qui *se per murum concesserat expediri de persecutione* ... Fug. c. 6. p. 183.

39—41. Et mortuos suscitaverunt (apostoli). [Act. 20, 9 sqq.] Pudic. c. 21. p. 431.

Cap. X.

9. 10. Facilius invenias *Petrum hora sexta capiendi cibi caussa* prius *in superiora ad orandum ascendisse*, quo magis *sexta* diei finiri officio huic possit, quae illud absolutura post *orationem* videbatur. Ieiun. c. 10. p. 407.

9—12. *Petrus*, [1]qua die *visionem communitatis omnis in illo vasculo expertus est, sexta hora* [2]*ascenderat orandi gratia in superiora*. Orat. c. 25. p. 23.

24—48. Si quos militia praeventos fides posterior invenit, alia conditio est ... ut *centurionum fidelissimorum* quem Christus probat et *quem Petrus catechizat*. Coron. c. 11. p. 355.

---

1) I. 865. *qua* coni. Oehl. — 2) I. 581. *asc. orandi gr.* Murat. *or. gratia asc.* Ambros.

31. 44—46. Ut in *centurionem Cornelium* necdum *tinctum* dignatio *spiritus sancti* cum charismate insuper prophetiae festinasset, *ieiunia eius* legimus *exaudita.* Ieiun. c. 8. p. 404.

34. *Personae acceptatio* est. Pudic. c. 5. p. 376.

Cap. XII.

2. *Iacobus immolatur.* Scorp. c. 15. p. 387.

Cap. XIII.

6—8. Multa . . et *adversus apostolos* [1]Simon dedit et *Elymas magi.* Anim. c. 57. p. 331.

6—11. Alter *magus*, qui *cum Sergio Paulo*, quoniam [2]iisdem *adversabatur apostolis*, *luminum amissione multatus est.* Idol. c. 9. p. 157.

11. Plaga *caecitatis* de praestigiis non fuit. Anim. c. 57. p. 332.

Et plagas inflixerunt (apostoli) . . . *Percussus* est . . . *Elymas caecitate.* Pud. c. c. 21. p. 431.

13. Sed et Minerva prima molita sit navem: videbo *navigantem* Ionam et *apostolos.* Coron. c. 8. p. 349.

27. 28. Omnis synagoga [3]filiorum Israel eum interfecit. Iud. c. 8. p. 300.

---

1) II. 647. *Sim. dedit et* Gagn. Gelen. Pam. *Sim. et* Agob. Rig. *Sim. edidit et* Ios. Scaliger. — 2) I. 79. *isdem* Agob. (Baluz.). — 3) I. 719. *Israel* Fuld. *filiorum Isr.* reliq.

33. Statim tibi in psalmis promissio patris [4]occurrit: *Filius meus es tu, ego hodie generavi te.* Marc. III. c. 20. p. 167.

Ad quem deinceps gaudens ... *Filius meus es tu, ego hodie genui te.* Prax. c. 7. p. 200.

Ego propono patrem filio dixisse: *Filius meus es tu, ego hodie* [5]*generavi te.* Prax. c. 11. p. 210.

46. Paulus et apostoli ipsi, memores praecepti dominici contestantur illud apud Israel, quem iam doctrina sua impleverant: *Vobis oportuit in primis sermonem dei tradi, sed quoniam repulistis eum nec dignos vos aeterna vita existimastis, ecce convertimus nos ad nationes.* Fug. c. 6. p. 183.

47. Christi .. cui ait: *Posui te in lumen nationum.* Marc. V. c. 2. p. 374.

[7] De inluminatione mundi quis Christo ait: *Posui te in lumen nationum?* Marc. V. c. 11. p. 425.

46. Ex quo *saturato Israele* apostoli *in nationes transierunt,* [6]nec fugerunt de civitate in civitatem nec pati dubitaverunt. Fug. c. 6. p. 183.

47. Et ipse enim *lux* erit *nationum.* Marc. V. c. 4. p. 383.

---

4) II. 149. *occurrel* Laurent. Vatic. Pam. Rig. — 5) II. 665. *genui te* 3 Vatic. — 6) I. 473. *nec* Rig. Ciaccon. *et* reliq. — 7) II. 309. *de* om. Rhen. I. Gagn. Gelen.

Cap. XV.

5—10. Exinde decurrens ordinem conversionis suae de persecutore in apostolum, scripturam [1]Apostolicorum confirmat, apud quam ipsa etiam epistulae istius materia recognoscitur; intercessisse quosdam qui dicerent circumcidi oportere et observandam esse Moysi legem; tunc *apostolos* de ista quaestione *consultos* ex auctoritate *spiritus* renuntiasse, *non esse imponenda onera hominibus quae patres ipsi non potuissent sustinere.* Marc. V. c. 2. p. 375.

10. Sic et apostolos observasse, *nullum* aliud *imponentes iugum* certorum et in commune omnibus obeundorum ieiuniorum. Ieiun. c. 2. p. 391.

10. 11. In illa disceptatione custodiendae [2]necne legis primus omnium Petrus spiritu instinctus et de nationum vocatione praefatus: *Et nunc*, inquit, *cur tentastis dominum de imponendo iugo fratribus, quod neque nos neque patres nostri sufferre valuerunt? Sed enim per gratiam Iesu credimus nos salutem consecuturos sicut et illi.* Pudic. c. 21. p. 432.

10. 20. Spiritus sanctus consultantibus tunc apostolis vinculum et *iugum* nobis relaxavit, ut *ido-*

---

1) II. 278. *Actorum Apostolicorum* Pam. Rig. — 2) I. 843. *necne* om. Gagn. Gelen. Addidit Iac. Pamelius.

28. 29. Primam hanc regulam de auctoritate spiritus sancti apostoli emittunt ad eos qui iam ex nationibus [4] allegi coeperant. *Visum est*, inquiunt, *spiritui sancto et nobis, nullum amplius vobis adicere pondus, quam eorum a quibus necesse est abstineri, a sacrificiis et a fornificationibus et sanguine. A quibus observando recte* [5] *agitis, vectante vos spiritu sancto.* Pudic. c. 12. p. 394 sq.

lolatriae devitandae vacaremus. Idol. c. 24. p. 183.

24. Si et pseudapostoli irrepserant, horum quoque qualitas edita est, circumcisionem vindicantium et Iudaicos [3] fastos. Marc. IV. c. 3. p. 189.

29. Sufficit et hic servatum esse moechiae et *fornicationi* locum honoris sui inter idololatriam et homicidium. Pudic. c. 12. p. 395.

Sanguinis solius *abstinentia.* Monog. c. 5. p. 142.

Erubescat error vester [6] Christianis, qui ne animalium quidem *sanguinem* in epulis esculentis habemus; qui propterea [7] quoque *suffocatis* et [8] morticinis *abstinemus*, ne [9] quo *sanguine* contaminemur vel intra viscera sepulto.

---

3) II. 163. *fastos* Gagn. Gelen. Pam. Rig. *fastus* Rhen. I. cod. Pithoei *factus* Laurent. — 4) I. 815. *allegi* Gelen. Pam. Rig. *a lege* Gagn. — 5) *agetis vetante vos spiritu sancto. Sufficit* F. Ursinus. *agetis. Vectate vos. Spiritui sancto sufficit* Salmasius, Ios. Scaliger. — 6) I. 149. *Christianos* Rhen. I. Gagn. — 7) *suffocatis quoque* Lugd. I. — 8) *morticiniis* Gagn. — 9) *quomodo* Agob. *quoque* Lugd. II.

Denique [10] inter tentamina Christianorum botulos etiam *cruore* distentos admovetis, [11] certissimi scilicet illicitum esse penes illos, per quod exorbitare eos vultis. Apol. c. 9. p. 28.

Cap. XVI.

3. *Circumcidit (Paulus) Timotheum* solum, et tamen abstulit circumcisionem. Pudic. c. 17 ex.

Quemadmodum si et Petrus reprehenderet *Paulum*, quod prohibens circumcisionem [1] *circumciderit* ipse *Timotheum*. Praescr. c. 24. p. 28.

Circumcidens Timotheum propter [2] superinductiicios falsos fratres. Monog. c. 14. p. 164.

Sic ei ratio constat, *Timotheum circumcidendi* et rasos introducendi in templum, quae in Actis [3] edicuntur. Marc. V. c. 3. p. 378.

25. Non . . contra praeceptum reputatur ab apostolis factum, qui in carcere *audientibus custodiis orabant et canebant deo*. Orat. c. 18. p. 23.

Cap. XVII.

16. Fuerat *(Paulus) Athenis* et istam sapientiam humanam, adfectatricem et interpolatricem veritatis, de congressibus noverat. Praescr. c. 7. p. 10.

---

10) *in tormenta* Fuld. — 11) *certissimi* — — *vultis* om. Gelen. — 1) II. 23. *circumcideret* Agob. *circumciderit* reliq. — 2) I. 784. *superductitios* Rhen. I. Gagn. — 3) II. 280. *educuntur* Rhen. I.

18. 21. Ab apostolo iam tunc philosophia concussio veritatis providebatur; *Athenis* enim expertus linguatam *civitatem*, cum omnes illic sapientiae atque facundiae caupones degustasset, inde concepit [1] praemonitorium illud edictum. Anim. c. 3. p. 215.

21—23. Sed et Romanorum deos Varro bifariam disposuit incertos et electos. Tantam vanitatem! Quid enim erat illis cum incertis, si certos habebant? nisi si Attico stupori recipere voluerunt. Nam et *Athenis ara* est *inscripta ignotis deis*. Colit ergo quis quod ignorat? Nat. II. 182.

23. Invenio plane *ignotis deis aras prostitutas*, sed Attica idololatria est .... Quem titulum incidemus .. *deo* Marcionis? Utrumque opinor, et nunc incerto et retro *ignoto*. Marc. I. c. 9. p. 15.

24. *Non habitat in manu factis.* Prax. c. 16. p. 229.

32. Nec *Athenienses* aliam (nisi corporalem *resurrectionem*) intellexerant a Paulo portendi. Denique *irriserant*, non irrisuri omnino, si *animae* solius *restitutionem ab eo audissent*; suscepissent enim vernaculae suae philosophiae frequentiorem praesumptionem. Resurr. c. 39. p. 286.

Cap. XVIII.

2. 3. Quando Onesiphorus aut *Aquila* aut [2] Stephanus hoc modo eis (apostolis) in persecutione succurrerunt? Fug. c. 12. p. 194.

1) II. 560. *praemonitorum* Gagn. — 2) I. 486. *Stephana* mavult Pamelius.

Cap. XIX.

2. 3. Adeo postea in Actis Apostolorum invenimus, quoniam qui *Ioannis baptismum* habebant *non accepissent spiritum sanctum, quem ne auditu quidem noverant.* Bapt. c. 10. p. 196.

Cap. XX.

9—12. Mortuos suscitaverunt (apostoli). [Act. 9, 40.] Pudic. c. 21. p. 431.

36. Neque . . contra praeceptum reputatur . . factum . . . [3]apud *Paulum*, qui in navi coram omnibus eucharistiam fecit. Orat. c. 24. p. 23.

Cap. XXI.

10—12. *Paulus* . . . iam in clausula officii et in consummatione praecepti *discipulis magnopere deprecantibus, ne se Hierosolyma committeret passurus illic quae Agabus prophetaverat, sollicitudini eorum non subscripsit, sed* e contrario:

13. 14. *Quid*, inquit, *facitis lacrimantes et conturbantes cor meum? Ego enim non modo vincula pati optaverim, sed etiam mori Hierosolymis pro nomine domini mei Iesu Christi.* Atque ita omnes *aierunt*: *Fiat voluntas*

3) I. 580. *aut a Paulo* Murat.

domini. Fug. c. 6. p. 183.

13. 14. *Quid fletis*, inquit, *et contristatis cor meum? At ego non modo vincula Hierosolymis pati* [5] *optaverim, verum etiam mori pro nomine domini* [6] *mei Iesu Christi.* Atque ita cesserunt *dicendo*: *Fiat voluntas domini.* Scorp. c. 15. p. 387.

10—14. Cum *vincula Paulo Agabus gestu quoque prophetasset, discipuli flentes et orantes, ne se Hierosolyma committeret, frustra* [4] *oraverunt.* Ille enim, quod semper docuerat, animatus:

13. 14. Illi .. *discipuli* qui *flentes, quod* [7] *Hierosolymam tendere* [8] *perseveraret* et persecutiones praedicatas illic non praecaveret, postremo *inquiunt: Fiat voluntas dei.* Fug. c. 12. p. 194.

24. 26. *Rasos* quosdam *inducens in templum* propter *observationem* Iudaeorum. Monog. c. 14. p. 164.

Ratio .. *rasos introducendi in templum*, quae in Actis [9] edicuntur. Marc. V. c. 3. p. 378.

28. Demutatus in *praedicatorem* de persecutore ..... Et illi non essent [10] ammirati de persecutore factum *praedicatorem* .. Praescr. c. 23. p. 27.

Cap. XXII.

8. 10. Satis didicerat atque crediderat, *Nazarenum esse dominum* dei filium. Bapt. c. 13. p. 201.

4) I. 535. *orant* Agob. (Baluz.). *oraverant* Agob. (Hild.). — 5) *optaveram* Agob. (Hild.). — 6) *mei* om. Agob. — 7) I. 486. *Hierosolymam* Gagn. Gelen. Pam. Rig. Leopold. *neque Hier.* Rhen. I. Semler. *aeque Hier.* Oehl. — 8) *parceret* Rhenanus. — 9) II. 280. *educuntur* Rhen. I. — 10) II. 22. *ammirati* Rhen. I. Gagn. Gelen. Pam. Semler. *mirati* Agob. Rig. Oehl. *admirati* Leop.

16. Felix sacramentum aquae nostrae, [11] quia *ablutis delictis* pristinae caecitatis in vitam aeternam liberamur. Bapt. c. 1. p. 184.

28. Tunc *Paulus civitatis Romanae consequitur nativitatem*, cum illic martyrii renascitur generositate. Scorp. c. 15. p. 387.

Cap. XXIII.

6. Habes Paulum apud summos sacerdotes sub [12] tribuno inter Sadducaeos et Pharisaeos fidei suae professorem: *Viri*, inquit, *fratres, ego Pharisaeus sum, filius Pharisaeorum, de spe nunc et de resurrectione iudicor apud vos.* Resurr. c. 39. p. 285.

9. Non te terremus, qui nec timemus, sed [13] velim ut omnes salvus facere possimus monendo *μὴ θεομαχεῖν*. Scap. c. 4. p. 206.

Cap. XXIV.

26. *Paulus* quidem, cum *Felix praeses pecunias accepturum se* pro eo a discipulis *sperasset, de quo et ipse in secreto tractavit cum ipso*, neque ipse pro se neque discipuli pro eo numeraverunt. Fug. c. 12. p. 194.

11) I. 619. *qua abluti* Rig. F. Ursinus. — 12) II. 516. *tribuno* Rhen. I. Gagn. Rig. cod. Pithoei. *tribus* Gelen. Pam. — 13) I. 546. *velim ut* emend. Rhenan. (ed. II.), Gagn. Gelen. Pam. Rig. *velim et* Vind. Leid. Rhen. I.

Cap. XXVI.

22. Apud *Agrippam nihil se* ait *proferre citra quam prophetae annuntiassent.* Resurr. c. 39. p. 286.

22. 23. De *resurrectione mortuorum* apud *Moysen* scriptum commemorans . . . Resurr. c. 39. p. 286.

Cap. XXVIII.

3—6. Hoc . . modo etiam ethnicis saepe subvenimus, donati a deo ea potestate quam apostolus dedicavit, cum *morsum viperae* sprevit. Scorp. c. 1. p. 342.

Scimus (salva simplicitate scripturae, nam nec et ipsae bestiae nocere potuerunt ubi fides fuerit) figurate scorpios et *colubros* portendi spiritalia malitiae. Marc. I. c. 24. p. 286 sq.

II. Instrumentum Pauli.

Nachdem Tertullian in seiner Schrift *De Resurrectione Carnis* Zeugnisse für die von ihm dargelegte Auferstehung dem ‚propheticum instrumentum' des A. T. entnommen hat, führt er aus dem N. T. zuerst Beweisstellen aus den Evangelien, und zwar aus den Reden (c. 33—37) und aus den Thaten (c. 38) des Herrn, sodann aus der Apostelgeschichte (c. 39) an. Darauf wendet er sich zu den Schriften des Paulus mit den Worten: At ubi nationes praeconium resurrectionis inauditae retro ipsa novitate concussit et digna incredulitas rei tantae quaestionibus fidem extorquere coe-

pit: tunc et apostolus per *totum* paene *instrumentum* fidem huius spei corroborare curavit ... Nihil autem mirum, si et ex *ipsius instrumento* captentur argumenta, cum oporteat haereses esse; quae esse non possent, si non et perperam scripturae intellegi possent. Nactae denique haereses duos homines ab apostolo editos ..., wornach bis zum Ende der Schrift der Hauptsache nach lauter Anführungen aus Paulinischen Briefen folgen.

Ganz in derselben Reihenfolge benutzt Tertullian *de Pudicitia* die an der Spitze des N. T. stehenden Religionsschriften als Beweisquellen. Von den Parabeln Iesu (c. 7—10) beginnend, kommt er nach einem kurzen Hinweise auf die in den Evangelien berichteten Thatsachen (c. 11) zu der Apostelgeschichte (c. 12) und dann (De qua finitione sua apostolos excidisse, puto, non licet credere; aut si credere quidam possunt, debebunt probare) sofort zu dem Apostel *Paulus*, aus dessen Briefen er (c. 13—18) eine reiche Auswahl von Zeugnissen gibt, deren Schluss er mit den Worten (c. 19) markirt: Sed quoniam usque de *Paulo*, quando etiam...?

Ist nun hierdurch mit dem Namen zugleich auch die Stellung der Paulinischen Urkundensammlung in dem neutestamentlichen Kanon des Tertullian constatirt, so würde die weitere Frage entstehen, wie viele Briefe des Paulus unser Kirchenschriftsteller in seinem N. T. hatte und wie diese auf einander folgten.

Diese Frage ist, wie uns scheint, aufs gründlichste erörtert und bis zur Evidenz beantwortet in der bereits oben angezogenen *Credner*'schen Schrift: ‚Geschichte des N. T. Kanon', auf die wir namentlich hier in Betreff der Deduction im Einzelnen zu verweisen uns erlauben.

Das Resultat dieser von dem genannten Gelehrten begonnenen und von dem Herausgeber der nachgelassenen Schrift, Herrn Dr. Volkmar, weiter geführten und theilweise berichtigten Untersuchungen geht (vgl. besonders S. 94—98. 172. 365. 397—400) darauf hinaus, einestheils

dass die ältesten Bestandtheile unserer neutest. Sammlung geschichtlich unbestreitbar die in der Reihenfolge ersten zehn Paulinischen Briefe bilden, welche schon Marcion, in der ersten Hälfte des zweiten Jahrhunderts, zu einer Sammlung vereinigt besass, indem sein Apostolus (nach Tertull. Marc. V. und Epiphan. Haer. 42) aus 10 Briefen mit dieser Folge bestand:

Gal.	Laodic. i. e. Ephes. (7. Brief).
Cor. 1. 2.	Coloss.
Rom.	Philem.
Thess. 1. 2.	Philipp.,

während die beiden Briefe an Timotheus und der an Titus ihm entweder nicht bekannt oder von ihm nicht recipirt waren; — anderentheils dass die *apostolica acies* des Tertullian selbst (denn so nennt er metaphorisch die Paulinischen Briefe zusammengenommen Pudic. c. 17: Provoca ad *apostolicam aciem*, aspice epistulas eius, omnes pro pudicitia, pro castitate, pro sanctitate praetendunt, omnes in luxuriae et lasciviae et libidinis negotia iaculantur) aus dreizehn Sendschreiben des Heidenapostels bestand, die schon frühzeitig in der Kirche Anerkennung gefunden hatten und in drei Klassen zerfielen, nämlich:

1) in vier Gemeindebriefe: Rom. Cor. 1. 2. Gal.
2) in fünf allgemeinere Briefe: Eph. Philipp. Col. Thess. 1. 2.
3) in vier Privatbriefe: Tim. 1. 2. Tit. Philem.

Dass übrigens bei dieser Anordnung ausser anderen Gründen auch die Rücksicht auf den äusseren Umfang der Briefe massgebend gewesen ist, erhellt aus Marc. V. c. 15, wo Tertullian, nachdem er, der Marcionitischen Anordnung folgend, Gal. Cor. 1. 2. und Rom. durchgenommen hat, zur Besprechung der übrigen Paulusbriefe des Marcion mit den Worten übergeht: Brevioribus quoque epistulis non pigebit intendere.

Weitere Erwähnungen der Briefe des Paulus finden wir bei Tertullian Orat. c. 22, wo ausdrücklich gesagt wird, dass der Apostel seine Briefe griechisch geschrieben

habe (Quid? quod *Graeco sermone*, *quo literas apostolus fecit*, usui est mulieres vocare, quam feminas, id est *γυναῖκας*, quam *θηλείας*). — Desgleichen Cast. c. 4: quoniam neque in evangelio neque *in ipsius Pauli epistulis* ex praecepto dei invenias permissam matrimonii iterationem. — Auch bei Pseudotertullian, der adv. omn. Haer. c. 6 dem Cerdon vorwirft: Apostoli *Pauli* neque omnes neque totas *epistulas* sumit.

Von den apostolischen Kirchen im Allgemeinen handelt Iener Praescr. c. 36: Age iam, qui voles curiositatem melius exercere in negotio salutis tuae, percurre *ecclesias apostolicas*, apud quas ipsae adhuc cathedrae apostolorum suis locis praesident, apud quas ipsae authenticae literae eorum recitantur, sonantes vocem et repraesentantes faciem uniuscuiusque. Proxima est tibi Achaia, habes *Corinthum*. Si non longe es a Macedonia, habes *Philippos*, habes *Thessalonicenses*. Si potes in Asiam tendere, habes *Ephesum*. Si autem Italiae adiaces, habes *Romam*, unde nobis quoque auctoritas praesto est ... Videamus quid didicerit, quid docuerit, cum Africanis quoque ecclesiis contesserarit. — Von speciell Paulinischen Kirchen spricht er Marc. IV. c. 5: Constabit id esse ab apostolis traditum quod apud ecclesias apostolorum fuerit sacrosanctum. Videamus quod lac a *Paulo Corinthii* hauserint, ad quam regulam *Galatae* sint recorrecti, quid legant *Philippenses*, *Thessalonicenses*, *Ephesii*, quid etiam *Romani* de proximo sonent, quibus evangelium et Petrus et *Paulus* sanguine quoque suo signatum reliquerunt, — worauf er sagt, man habe auch Ioannis alumnas ecclesias.

Was ferner die Glaubwürdigkeit und Apostolicität des Paulus anlangt, so bespricht und erörtert sie Tertullian an verschiedenen Stellen, z. B. Praescr. c. 23—29. Resurr. c. 23. Pudic. c. 14: ..ne scilicet Paulum apostolum Christi, doctorem nationum in fide et veritate, vas electionis, ecclesiarum conditorem, censorem disciplinarum, tantae levitatis inficeres. — c. 16: Agnosce et in sequen-

tibus Paulum columnam immobilem disciplinarum. — Marc. V. c. 1. p. 369—372, wo es u. A. heisst: Edas velim nobis, quo symbolo susceperis apostolum Paulum .. ne illius probetur qui omnia apostolatus eius instrumenta protulerit.

Noch verdient in Bezug auf das Verhältniss Tertullian's zu den Paulinischen Briefen folgende Bemerkung *Münter*'s (Primord. eccles. African. Hafn. 1829. p. 80) angeführt zu werden: Valde dubium est, an epistolas Paulinas legerit Tertullianus in unum iam *Apostoli* volumen collectas, quum potius usus sit codicibus priscis ante *ἀπόστολον* editis, quod quidem Griesbachius (Curae in hist. textus Graeci epistolar. Paulinarum p. 62) confidenter statuit. Universe libros apostolicos docet cognoscendos ex testimonio ecclesiarum ab apostolis conditarum, quibusque suos libros miserunt (adv. Marc. IV. c. 5). Nec suppositis Paulinis se decipi passus est. Reiecit enim (de Bapt. c. 17) quae Paulo perperam adscripta erant, a presbytero Asiatico, deinde fraudis convicto, ad licentiam mulierum docendi tinguendique defendendam conficta. Suppositium istud opus viri docti credunt fuisse ‚Acta Pauli et Theclae', in veteri ecclesia famigerata.

1. Epistula ad Romanos.

Tertullian erwähnt dieses Sendschreiben des Paulus Coron. c. 6. Monog. c. 13. Resurr. c. 47. Pudic. c. 17. Prax. c. 28. Ieiun. c. 15. Scorp. c. 13. 14 u. a. Ausführlich bespricht er dasselbe Marc. V. c. 13 und 14 nach der Recension des Marcion, in dessen Apostolus es an vierter Stelle, zwischen dem 2. Corinther- und dem 1. Thessalonicherbriefe, stand, jedoch in bedeutend verkürzter Gestalt, so dass unser Autor sich zu der Aeusserung veranlasst sah: Quantas autem foveas in ista vel maxime epistula Marcion fecerit, auferendo quae voluit, de nostri instrumenti integritate parebit. Mihi sufficit, quae

proinde eradenda non vidit, quasi neglegentias et caecitates eius accipere.*)

Hinsichtlich der Urgeschichte jener Kirche, für welche der Brief bestimmt war, bewegt sich Tertullian auf dem Gebiete der christlichen Sage, wenn er Praescr. c. 36 ausruft: Ista quam felix ecclesia cui totam doctrinam apostoli cum sanguine suo profuderunt, ubi Petrus passioni dominicae adaequatur, ubi Paulus Ioannis exitu coronatur, ubi apostolus Ioannes, posteaquam in oleum igneum demersus nihil passus est, in insulam relegatur!

Cap. I.

3. Paulus, utpote eiusdem evangelii et discipulus et magister et testis, qua eiusdem Christi apostolus, confirmat Christum *ex semine David secundum carnem.* Carn. c. 22. p. 392.

3. 4. Sic et apostolus de utraque eius substantia docet. *Qui factus est,* inquit, *ex semine David.* Hic erit homo et filius hominis, *qui definitus est filius dei secundum spiritum.* Prax. c. 27. p. 259.

4. 7. Fratres et dicuntur et habentur qui unum *patrem deum* agnoverunt, qui unum *spiritum*

*) *Rufinus* bemerkt in seiner Bearbeitung des Commentares des Origenes zum Römerbriefe (X. §. 43), Marcion, der Interpolator der evangelischen und apostolischen Schriften, habe von dieser Epistel die Schlussverse 16, 25—27 ganz getilgt, ja nicht blos diesen Abschnitt, sondern auch von der Stelle an: ‚omne autem quod non est ex fide, peccatum est' (14, 23) alles Nachfolgende bis zum Schluss des Briefes, mithin Cap. 15 und 16, weggeschnitten. Auch in den von Marcion's Frevel nicht berührten (temerata) Exemplaren sei in Betreff der Verse Rom. 16, 25—27. eine Verschiedenheit zu finden; denn während die einen sie an dem hergebrachten Platze beliessen, schliesse sich dieser Abschnitt in einigen anderen sofort an 14, 23 an.

[1] biberunt *sanctitatis.* Apol. c. 39. p. 94.

7. Apostolum sequar, ut, si pariter nominandi fuerint pater et filius, *deum patrem* appellem et *Iesum Christum dominum* nominem. Prax. c. 13. p. 218.

7. 8. Sic et Paulus ubique *deum patrem* ponit et *dominum* nostrum *Iesum Christum.* Cum ad Romanos scribit, *gratias agit deo per* dominum nostrum *Iesum Christum* ... Et habes tota instrumenta eius, quae in hunc modum pronuntiant. Prax. c. 28. p. 261.

8. Et illas (ecclesias) recognoscant, de quarum *fide* et scientia et conversatione apostolus gaudet et *deo gratias agit.* Praescr. c. 27. p. 33.

16. 17. Itaque et hic, cum dicit: *Non enim me pudet evangelii, virtus enim dei est in salutem omni credenti, Iudaeo et Graeco, quia iustitia dei in eo revelatur ex fide in fidem,* .....

sine dubio et *evangelium* et *salutem* iusto deo deputat. Marc. V. c. 13. p. 430.

17. Unusquisque enim [2] *de* sua *fide vivit.* Cast. c. 7. p. 119.

18. Quoniam et *iram* [3] dicit *revelari de caelo super impietatem et iniustitiam hominum, qui veritatem* [4] *in iniustitia* [5] *detineant.* Marc. V. c. 13. p. 431.

Cuius *dei ira?* Utique crea-

---

1) I. 261. *biberint* Paris. I. II. Vindob. *biberent* Paris. III. *biberunt* reliq. — 2) I. 748. *de sua* Vind. Rhen. I. Gagn. Gelen. Pam. Seml. Leop. *sua* Agob. Rig. Oehl. — 3) II. 313. *dei dicit* Pam. — 4) *in iustitia* Rhen. I. — 5) *detinent* Pam. Rig.

toris. Ergo et *veritas* eius erit, cuius et *ira* quae *revelari* habet in ultionem veritatis. Marc. V. c. 13. p. 431.

19. 20. . . adversus *deum mundi* omnibus naturaliter *notum* de testimoniis *operum* . . . Resurr. c. 2. p. 214.

20. Haec . . sunt *invisibilia eius*, *quae* secundum apostolum *ab institutione mundi* [6] *factis* eius *conspiciuntur*. Hermog. c. 45. p. 141.

Siquidem *a primordio rerum conditor earum cum ipsis* pariter compertus est, *ipsis* ad hoc *prolatis*, ut deus *cognosceretur*. Marc. I. c. 10. p. 17.

Veritates per imagines apprehenduntur, id est *invisibilia* per visibilia *noscuntur*, quia et apostolus nobis scribit:

20. *Invisibilia enim eius a conditione mundi de factitamentis intellecta visuntur.* Anim. c. 18. p. 249.

20—22. Reos habuit *sapientes* atque prudentes, ex ipsis *operibus* tot ac tantis *intellegibilem* deum non requirentes vel perperam in illum philosophantes. Marc. IV. c. 25. p. 289.

21—24. Eam (conditionem) et apostolus invitam ait [7] vanitati succidisse, [8] vanis primum usibus, [9] tum turpibus et iniustis et impiis subversam. Cor. c. 6. p. 345.

---

6) II. 378. *factis* Rhen. I. Gagn. Gelen. Pam. *de factis* Rig. Latin. Fr. Iunius. — 7) I. 429. *unitati* Agob. — 8) *variis primum* Agob. *variis plurimum* Laurent. Rhen. I. *vanis plurimum* Gagn. Gelen. Pam. *vanis primum* Rig. — 9) *tunc* Laurent.

25. *Colentes conditionem adversus creatorem.* Marc. V. c. 19. p. 463.

Pro tanta elementorum liberalitate facilius idolis quam sibi debitum gratiae referentes homines usque adhuc sustinet. Marc. IV. c. 17. p. 251.

26. 27. Et in [10] primore epistula *naturalem usum* conditionis *in non naturalem masculos et feminas inter se demutasse* affirmans . . . Cor. c. 6. p. 345.

Cap. II.

2. Adiciens: *Scimus autem iudicium dei secundum veritatem esse.* Marc. V. c. 13. p. 431.

5. 6. *Diem irae* et *retributionis.* Resurr. c. 21. p. 251.

8. 9. . . quique aeternam ab eo poenam providemus. Apol. c. 45. p. 107.

11. 13. *Nec est personarum* [1] *acceptio apud deum, quoniam non auditores legis iustificabuntur a* [2] *deo,* [3] *sed factores,* secundum quod et apostolus dicit. Cast. c. 7. p. 119.

12. 14. 16. [4] *Iudicabit deus occulta hominum,* tam eorum *qui in lege deliquerunt,* quam eorum *qui sine lege,* quia et hi *legem*

---

10) I. 429. *priore epistola* Laurent. Rhen. I. Gagn. Gelen. Rig. Seml. Leop. *priore epistolae* Vatic. Pam. *p. . . epistulae* Agob. *primore epistola* Rhenanus. F. Ursinus. *primo epistulae* Oehl. — 1) I. 748. *exceptio* Agob. (Hild.). Oehl. — 2) *domino* Agob. *deo* reliq. — 3) *sed factores legis iustificabuntur secundum* Agob. (Hild.). — 4) II. 313. *iudicavit* 2 Vatic.

[5] *ignorantes natura faciunt quae sunt legis.* Marc. V. c. 13. p. 431.

14. *Natura*, quae *legis* est instar *ignorantibus legem.* Marc. V. c. 13. p. 432.

Ad Romanos *natura facere* dicens *nationes ea quae sunt legis*, et legem naturalem suggerit et naturam [6] legalem. Cor. c. 6. p. 345.

16. *Iudicabit* autem quomodo?

16. *Secundum evangelium*, inquit, *per Christum.* Marc. V. c. 13. p. 432.

21. Vehitur in transgressores legis, *docentes non furari et furantes.* Marc. V. c. 13. p. 432.

24. *Ne blasphemetur nomen in nobis.* Cult. c. 11. p. 67.

24. Adeo .. Iudaeos [7] incesserat, ut ingesserit propheticam increpationem: *Propter vos nomen dei blasphematur.* Marc. V. c. 13. p. 432.

Dictum est: [8] *Vestri caussa nomen meum blasphematur.* [Ies. 52, 5.] Idol. c. 14. p. 166.

28. 29. *Iudaeus qui in occulto*, cuius et *Iudaeus in aperto.* Marc. V. c. 13. p. 433.

Non enim qui manifesto Iudaeus sed qui in occulto. Resurr. c. 26. p. 262.

29. Praefert et [9] *circumcisionem cordis* praeputationi: apud [10] deum legis est facta *circumcisio cordis*

---

5) *ignorantes natura* Petr. Ciaccon., prob. Fr. Iun. *ignorant et natura* rel. — 6) I. 429. *regalem* Laurent. — 7) II. 314. *ingesserat* 2 Vatic. Rhen. I. — 8) I. 90. *vestri causa* Agob. Gagn. in marg. Pam. Rig. *vae cuius causa* Gagn. Gelen. *vestra causa* rel. — 9) II. 314. *circumcisioni cordis praeputiationem* Pam. — 10) *deum enim legis* Pam.

non carnis, *spiritu non litera.* Marc. V. c. 13. p. 432.

Cap. III.

21. 22. Tunc lex, *nunc iustitia dei per fidem Christi.* Marc. V. c. 13. p. 433.

29. Occasio .. defendendi *etiam gentibus* [1]sibi divinam gratiam. Iud. c. 1. p. 269.

31. Sed et supra: *Legem ergo evacuamus per fidem? Absit, sed legem sistimus.* Pudic. c. 6. p. 377.

Cap. IV.

3. *Abraham deo credidit et iustitiae* [2] *deputatus ab* [3] *illo est.* Pat. c. 6. p. 86.

3. *Abraham* nullius aquae nisi *fidei* sacramento *deo* placuit. Bapt. c. 13. p. 200.

Cap. V.

1. Monet *iustificatos ex fide* Christi, non ex lege, *pacem ad deum habere.* Marc. V. c. 13. p. 433.

3—5. Sicut et ad Romanos: *Non solum autem, verum etiam exultantes in pressuris,* [4]*certi quod pressura tolerantiam perficit, tolerantia vero*

1) II. 701. *sibi divinam* libri omnes. *divinam* Fr. Iunius. Oehl. — 2) I. 598. *deputatum* maluit Fr. Iunius. — 3) *isto* Pam. — 4) I. 530. *certi quod pressura tolerantiam* Rig. Fr. Iunius. *certe quod press. tol.* Gagn. Gelen. Pam.

probationem, probatio autem spem, spes vero non confundit. Scorp. c. 13. p. 382 sq.

8. 10. Cuius nusquam fuimus *hostes*, an cuius legi et naturae rebellavimus? Marc. V. c. 13. p. 433.

14. Ita omnis anima eo usque in *Adam* censetur, donec in Christo recenseatur: tamdiu immunda, quamdiu recenseatur. Anim. c. 40. p. 298.

20. *Lex autem*, inquit, *subintroivit, ut abundaret delictum.* Quare? *Ut superabundaret*, inquit, *gratia.* Marc. V. c. 13. p. 433.

Et gratia illic [5] *superabundavit, ubi et iniquitas* [6] *abundavit.* Resurr. c. 47. p. 305.

20. Apostolus suggerit, *ubi delictum abundaverit, illic gratiam superabundasse.* Resurr. c. 34. p. 275.

21. *Ut, quemadmodum . . . regnaverat peccatum in mortem, ita et gratia regnaret in iustitia in vitam per Iesum Christum.* Marc. V. c. 13. p. 434.

Ut, sicut regnavit in morte delictum, ita et gratia regnet per iustitiam in vitam sempiternam per Iesum Christum dominum nostrum. Resurr. c. 47. p. 305.

---

5) II. 529. *superabundavit* 3 Vatic. Rhen. I. *superabundabit* rel. — 6) *abundabit* Gelen. Pam.

Cap. VI.

1—6. *Quid ergo* [1] *dicemus? perseverabimus in delinquentia, ut superet gratia? Absit. Qui mortui sumus delinquentiae, quomodo vivemus in ea adhuc? an ignoratis quod qui tincti* [2] *sumus in* [3] *Christo Iesu, in mortem eius sumus tincti?* [4] *Consepulti ergo illi sumus per baptismum in mortem, ut, sicut Christus resurrexit a mortuis, ita et nos in novitate vitae incedamus. Si enim* [5] *consati sumus simulacro mortis eius, sed et resurrectionis erimus, hoc scientes quod vetus homo noster confixus est illi.* Pudic. c. 17. p. 414.

1—11. Romani .. quid magis discunt, quam non derelinquere dominum post fidem? Pudic. c. 17. p. 414.

3. Passio domini, *in* [7] *qua tinguimur.* Bapt. c. 19. p. 206.

3—5. Hoc quoque apostolo ingerente: *An ignoratis quod quicunque in* [6] *Christum Iesum tincti sumus, in mortem eius tincti sumus? Consepulti ergo illi sumus per baptisma in mortem, uti,*

---

1) I. 830. *dicemus? perseverabimus* Pam. Rig. *dicimus? perseveremus* Gagn. Gelen. — 2) *sunt* Gagn. — 3) *Christo Iesu* Pam. Rig. *Christo* rel. — 4) *cons. ergo illi* Pam. Rig. *cons. illi ergo* Oehl. *cons. ergo* Gagn. Gelen. — 5) *consati* Pam. Seml. Leop. *consepulti* Rig. Oehl. — 6) II. 528. *Christum Iesum* 3 Vatic. cod. Io. Clem. Pam. Rig. *Iesum* Rhen. I. Gagn. Gelen. — 7) I. 639. *quam* Rig. F. Ursinus.

quemadmodum surrexit Christus a mortuis, ita et nos in novitate vitae incedamus.... Providentissime adstruit: *Si enim* [8] *complantati fuerimus simulacro mortis Christi,* [9] *simul et resurrectionis erimus.* Resurr. c. 47. p. 304. 305.

4. Nec *mors* nostra dissolvi posset nisi *domini passione*, nec *vita* restitui sine [10] *resurrectione ipsius.* Bapt. c. 11. p. 198.

6. Quemadmodum adiecit: *Uti evacuetur corpus delinquentiae ...* sicut ait: *Uti hactenus delinquentiae serviamus.* Resurr. c. 47. p. 303.

6. Haec .. erit vita mundialis, [11] quam *veterem hominem* dicit *confixum esse* Christo: non corporalitatem, sed [12] moralitatem. Resurr. c. 47. p. 303.

8. Et ut hac ratione *commortui in Christo credamus quod etiam convivemus illi.* Resurr. c. 47. p. 303.

8—11. *Si autem mortui sumus cum Christo, credimus quod et convivemus cum illo, scientes quod Christus suscitatus a mortuis iam non moriatur, mors non iam dominetur eius. Quod enim mortuus est, delinquentiae mortuus est semel. Quod autem vivit, deo vivit. Ita et* [13] *vos reputate vosmetipsos mortuos quidem delinquentiae, viventes au-*

8) *complantati fuerimus* 3 Vatic. Rhen. I. Rig. *consati fuerimus* Gagn. *consati sumus* Gelen. Pam. — 9) *simul et* Gelen. Pam. *ita et* rel. — 10) I. 630. *resurrectione* Rig. Fr. Iunius. *surrectione* Gagn. Gelen. Pam. — 11) II. 527. *qua* Rig. — 12) *moralitatem* Rig. ex emend. F. Ursini. *mortalitatem* reliq. — 13) I. 830. *vos* om. Pam. Rig.

tem deo per Christum Iesum. Pudic. c. 17. p. 414.

10. Christi .. *semel* pro *peccatis* nostris *morte functi.* Pudic. c. 18. c. 420.

11—13. *Sic enim,* inquit, *et vos reputate mortuos quidem vos ... delinquentiae ... viventes autem deo in Christo Iesu ... Ne ergo regnaverit in corpore vestro mortali delinquentia, ad obaudiendum illi et ad exhibendum membra vestra arma iniustitiae delinquentiae. Sed exhibete vosmetipsos deo velut ex mortuis vivos ... et membra vestra arma iustitiae.* Resurr. c. 47. p. 303.

12. Instat autem apostolus prohibens *regnare delinquentiam in corpore nostro mortali.* Pudic. c. 17. p. 415.

12—23. Ita per [14]totam hanc sensuum [15]seriem ab *iniustitia* et *delinquentia membra nostra* divellens et *iustitiae* et *sanctimoniae* adiungens et transferens eadem *a stipendio mortis ad donativum vitae aeternae*: carni utique compensationem salutis repromittit, cui nullam omnino competisset imperari propriam *sanctimoniae* et *iustitiae* disciplinam, si non ipsius esset et praemium disciplinae. Resurr. c. 47. p. 304.

19. *Sicut enim exhibuistis membra vestra* [16]*fa-*

14) II. 528. *portam* Rhen. I. — 15) *seriemque* Rhen. I. — 16) *famulari* Gagn. Oehl. *famula* reliq.

mula immunditiae et [17]*iniquitati ad iniquitatem, ita et nunc exhibete ea famula iustitiae in sanctimoniam.* Pudic. c. 17. p. 415.

19—23. Et rursus: *Sicut exhibuistis membra vestra famula immunditiae et* [18] *iniquitati ad iniquitatem, ita et nunc exhibete membra vestra* [19] *famula iustitiae in* [20] *sanctificium. Cum enim servi essetis delinquentiae, liberi eratis iustitiae. Quem ergo fructum habebatis super his, de quibus nunc confundimini? Finis* [21] *enim illorum mors. Nunc vero liberi facti a delinquentia, famulati autem deo, habetis fructum vestrum in* [22] *sanctificium, finem autem vitam aeternam. Stipendia enim delinquentiae mors, donativum autem dei vita aeterna in Christo Iesu domino nostro.* Resurr. c. 47. p. 303 sq.

23. . . totus de apostolo armatus et de martyrii candida melius coronatus, *donativum Christi* in carcere exspectat. Coron. c. 1. p. 338.

---

17) *iniquitati ad iniquitatem* Pam. Rig. *iniquitati* rel. — 18) II. 528. *iniquitati* Pam. de cod. Io. Clem. *iniquitatis* reliq. — 19) *famula* om. edd. Semleri et Leop. — 20) *sacrificium* Rhen. I. — 21) *enim* Pam. Rig. ex emend. Pamelii. *ergo* reliq. — 22) *sacrificium* Rhen. I.

Cap. VII.

2. 3. Legimus eum et ad Romanos scribentem: *Quae autem sub viro est mulier, viventi viro vincta est; si autem obierit, evacuata est a lege viri. Nempe ergo vivente viro adulterare putabitur, si iuncta fuerit alteri viro. Si vero obierit vir, liberata est a lege, quod non sit adultera, facta alii viro.* Monog. c. 13. p. 163.

4. *Mortuos* enim *nos* inquit *legi per corpus Christi.* Marc. V. c. 13. p. 434.

Eius nominat *corpus quem* subicit *ex mortuis resurrexisse.* Marc. V. c. 13. p. 434.

4—6. Sed et sequentia recognosce, quo [1]sensus iste, qui tibi blanditur, evadat: *Itaque,* inquit, [2]*fratres mei, mortificamini et vos legi per corpus Christi, ut efficiamini* [3]*alteri,* ei scilicet *qui a mortuis resurrexit, uti fructum feramus deo. Cum enim eramus in carne, passiones delictorum, quae per legem, efficiebantur in membris nostris ad fructum ferendum morti: nunc autem evacuati sumus* [4]*a lege, mortui in quo tenebamur,*

4—6. Igitur si *mortificari nos* iubet *legi per corpus Christi,* quod est ecclesia, quae *spiritu novitatis* constat, *non per literam vetustatis*, id est legis: auferens te a lege, quae [5]non tenet uxorem marito defuncto, quominus alii viro fiat, ad contrariam te redigit conditionem, ne amisso viro nubas. Monog. c. 13. p. 163.

---

1) I. 783. *sensu* Rhen. I. — 2) *fratres mei* lib. Clem. Pam. Rig. *fratres* reliq. — 3) *aliter* Rhen. I. — 4) *a lege mortis in quo* Pam. ex libr. Clem. Rhen. I. in marg. — 5) *non* om. Rhen. I.

ad serviendum deo in novitate spiritus et non in vetustate literae. Monog. c. 13. p. 163.

6. 18. Etsi *habitare bonum in carne sua negavit*, sed secundum *legem literae* in qua fuit; secundum autem *legem spiritus*, cui nos annectit, *liberat* ab infirmitate carnis. [Rom. 8, 2.] Pudic. c. 17. p. 415.

7. *Quid ergo dicemus? Quia lex peccatum? Absit.* Marc. V. c. 13. p. 434.

Sed ego delictum non scio nisi per legem. Marc. V. c. 13. p. 434.

7. Ecce autem et testimonium perhibet *legi* et caussa *delicti* eam excusat. Marc. V. c. 13. p. 434.

11. Non ergo lex *seduxit*, sed *peccatum per praecepti occasionem.* Marc. V. c. 13. p. 434.

12. Et accumulat: *Lex sancta et praeceptum eius iustum et bonum.* Marc. V. c. 13. p. 434.

Et apostolus: *Itaque lex quidem sancta est et praeceptum sanctum et optimum.* Pudic. c. 6. p. 377.

12. . . cum is utrumque debeat credi, cuius *praeceptum* et *bonum* et *iustum* est. Marc. V. c. 13. p. 435.

14. Si autem et *spiritalem* confirmat *legem* . . . Marc. V. c. 13. p. 435.

Non tamen carnis restitutionem negavit, si compensationem mercedis opposuit, cum ipsi compensatio debeatur cui dissolutio [3]deputatur, scilicet carni. Sed quia *domum* dixerat carnem, eleganter voluit et in mercedis comparatione vocabulo *domus* uti, ipsi *domui*, quae dissolvetur per passionem, meliorem *domum* repromittens per resurrectionem. Resurr. c. 41. p. 290.

Divisionem . . facit apostolus cum subicit: *Nam et* [4]*in hoc ingemiscimus, domicilium nostrum quod de caelo est superindui desiderantes, siquidem* [5]*exuti non nudi inveniamur*, ...

. . id est, ante volumus *superinduere* virtutem caelestem aeternitatis, quam carne *exuamur*: huius enim gratiae privilegium illos manet, qui ab adventu domini deprehendentur in carne, et propter duritias temporum antichristi merebuntur compendio mortis per demutationem expunctae concurrere cum resurgentibus. Resurr. c. 41. p. 290.

2. Erimus [6]iidem qui [7]nunc nec alii post... *superinduti* substantia propria aeternitatis. Apol. c. 48. p. 118.

2. 3. Subicit *ingemere nos* de

---

3) *deputatur* Pam. Rig. de cod. I. Clem. *reputatur* reliq. — 4) *in hoc ingemiscimus* Pam. Rig. de cod. Io. Clem. *hoc gemimus* reliq. — 5) *induti* Rig. ex emend. F. Ursini. — 6) I. 294. *iidem* Rhen. I. II. Gelen. Pam. Herald. Rig. *idem* Agob. (Baluz.). Goth. Erlang. — 7) *et nunc* Gelen.

isto tabernaculo corporis terreni; *quod de caelo est* [8]*superindui cupientes, siquidem et despoliati non* [9]*inveniamur nudi*, id est recipiemus quod *despoliati* sumus, id est corpus. Marc. V. c. 12. p. 427.

2—4. Hoc erit illud *domicilium de caelo quod gementes* in hac carne [10]*superindui desideramus*, utique super carnem in qua deprehendemur, quia *gravari nos* ait, *qui* [11]*simus in tabernaculo, quod nolimus exui, sed* potius *superindui, uti devoretur mortale a vita.* Resurr. c. 42. p. 291 sq.

3. 4. Sic et cum infulcit:

3. *Siquidem exuti* [11a]*non nudi inveniamur*, ...

. . de eis scilicet qui non in vita nec in carne deprehendentur a die domini: non alias negavit *nudos* quos praedixit *exutos*, nisi quia [12]revestitos voluit intellegi eadem substantia qua fuerant *spoliati.* Ut *nudi* enim *inveniantur*, carne deposita vel ex parte discissa sive detrita (et hoc enim nuditas potest dici); dehinc [13]recipient eam, ut redinduti [14]carnem fieri possint etiam *superinduti* immortalitatem. *Superindui* enim nisi vestito iam convenire non [15]poterit. Resurr. c. 42. p. 293.

4. Et rursus: *Etenim qui sumus in isto tabernaculo corporis, ingemi-*

4. Illuc habeo devertere, ubi . . . *superindui* [16]potius quam *despoliari.* Valent. c. 32. p. 183.

---

8) II. 310. *superinduere* Rhen. I. Gagn. Gelen. — 9) *inveniamur* Pam. *inveniemur* rel. — 10) II. 520. *superindui* Pam. de cod. Io. Clem. *superinduere* reliq. — 11) *sumus* 3 Vatic. Pam. Rig. — 11a) II. 521. *non nudi inveniamur* Pam. de cod. Io. Clem. *non inveniemur nudi* Rhen. I. Gagn. Gelen. Rig. — 12) *et rev.* Pam. de cod. Io. Clem. *revest.* reliq. — 13) *et recipient* Pam. cum cod. Io. Clem. — 14) *carne* Rhen. I. Gagn. — 15) *potest* Gagn. — 16) II. 418. *potuit* Rhen. I.

mus, quod gravemur, nolentes exui sed superindui. Marc. V. c. 12. p. 427.

Hic .. expressit quod in prima epistula strinxit: Et mortui resurgent incorrupti, qui iam obierunt, et nos mutabimur, qui in carne fuerimus deprehensi a deo. Et illi enim resurgent incorrupti, recepto scilicet corpore et quidem integro, ut ex hoc sint incorrupti, et hi propter temporis ultimum iam momentum et propter merita vexationum antichristi compendium mortis, [17] sed mutati, [18] consequentur, [19] *superinduti* magis quod de caelo est, quam [20] *exuti* corpus. Ita si hi *super* corpus *induent* caeleste illud, utique et mortui recipient corpus *super* quod et ipsi *induant* incorruptelam de caelo ... Illi induunt, cum receperint corpus; isti *superinduunt*, quia non amiserint corpus: et ideo non temere dixit:

Nolentes exui corpore, sed superindui, . .

id est, nolentes mortem experiri, sed vita praeveniri, —

uti devoretur mortale hoc a vita, ...

5—8. dum eripitur morti per *superindumentum* demutationis. [21] Ideo quia ostendit hoc melius esse, ne contristemur mortis si forte praeventu, et *arrhabonem nos spiritus* dicit *a deo habere*, quasi pignoratos in eandem spem superindumenti, et *abesse a domino*, quamdiu in carne sumus, ac propterea debere *boni ducere*, *abesse potius a corpore* et *esse cum domino*, ut et mortem [22] libenter excipiamus. Marc. V. c. 12. p. 427 sq.

17) II. 311. *demutati* Latinius. — 18) *consequantur* Latin. — 19) *superindui* Rhen. I. — 20) *exui* Rhen. I. — 21) II. 311. *ideoque* P. Ciaccon. — 22) *libenter* om. Rhen. I.

Hunc iam *arrhabonem* voluit in nobis collocasse. Hermog. c. 34. p. 128.

Quemadmodum . . *nobis arrhabonem spiritus* reliquit, ita [23] et a nobis *arrhabonem* carnis accepit et vexit in caelum pignus totius summae, illuc quandoque redigendae. Resurr. c. 51. p. 315.

6. 7. Proinde cum dicit: *Itaque confisi semper et scientes quod, cum* [24] *immoramur in corpore,* [25] *peregrinamur a domino; per fidem enim incedimus, non per speciem,* . .

. . manifestum est, hoc quoque non pertinere ad offuscationem carnis quasi separantis nos *a domino.* [26] Et hic enim exhortatio fastidiendae vitae huius obvertitur, siquidem *peregrinamur a domino*, quamdiu vivimus: *per fidem incedentes, non per speciem*, id est spe, non re; et ideo subiungit:

8. [27] *Fidentes autem et bonum* [28] *ducentes magis peregrinari a corpore et immorari ad dominum,* .

. . scilicet ut *per speciem* magis *incedamus* quam *per fidem*, per rem potius quam per spem. Vides quam [29] et hic corporum contemptum ad martyriorum praestantiam referat. Nemo enim *peregrinatus a corpore* statim *immoratur penes dominum*, nisi ex martyrii praerogativa, [30] paradiso

23) II. 534. *et nobis* Seml. Leop. — 24) II. 522. *immoramur* Pam. Rig. de cod. Io. Clem. *immoremur* reliq. — 25) *peregrinamur* Pam. Rig. cod. Io. Clem. *peregrinemur* reliq. — 26) *Et hic enim* — — *peregr. a dom.* om. Rhen. I. Add. de suis libris primum Gagneius. — 27) *fidentes* 3 Vatic. Rhen. I. Gagn. Pam. Rig. cod. Io. Clem. *audentes* Gelen. — 28) *dicentes* Rhen. I. — 29) *hic et* Gelen. Pam. — 30) *scilicet paradiso* Rhen. I. Gagn.

scilicet, non inferis [31] deversurus. Defecerant autem apostolo verba ad significandum de corpore excessum? an ratione etiam nove loquitur? Temporalem enim absentiam a corpore volens significare, *peregrinari* [32] *nos ab eo* dixit, quoniam qui *peregrinatur*, etiam revertetur in domicilium. Exinde etiam ad omnes:

9. 10. [33] *Et ideo gestimus*, inquit, *sive peregrinantes sive immorantes*, [34] *placibiles deo esse. Omnes enim manifestari nos oportet* [35] *pro tribunali Christi* [36] *Iesu*. . . . . .

. . Si omnes, et totos: si [37] totos, et interiores et exteriores, id est tam animas quam et corpora.

Uti unusquisque, inquit, *reportet* [38] *quae per corpus secundum quae gessit, bonum sive malum.*

. . Hoc iam quomodo legas, quaero. Quasi turbate enim per hyperbaton [39] struxit. Utrumne quae *per corpus reportanda* [40] erunt an quae *per corpus gesta* sunt? Sed et si quae *per corpus reportanda* sunt, corporalis indubitate resurrectio est: et si quae *per corpus gesta* sunt, *per corpus* utique pensanda sunt, per quod et *gesta* sunt. [41] Ita et totus hic a capite tractatus apostoli tali clausula detextus qua carnis resurrectio ostenditur, secundum haec erit

31) *divers.* Rhen. I. in marg. — 32) *se deo* Rhen. I. *nos ab eo* reliq.— 33) *et ideo* om. Rhen. I. Gagn. — 34) *placibiles illi esse* Pam. ex cod. Io. Clem. *placere illi* Gelen. — 35) *ante tribunal* Pam. ex Vaticanis. — 36) *Iesu* om. Gelen. Pam. — 37) *omnes* Rhen. I. Gagn. — 38) *quae per corpus* Rig. *praeterita corporis sui* cod. Io. Clem. *per corpus* reliq. — 39) *instruxit* Rhen. I. — 40) *sunt* Seml. Leop. — 41) *ita et* 3 Vatic. Pam. Rig. *ita* reliq.

intellegendus quae cum clausula consonant. Resurr. c. 43. p. 294 sq.

10. Atque adeo *omnes* ait *nos oportere manifestari ante tribunal Christi, ut recipiat unusquisque quae per corpus admisit, sive bonum sive malum.* Marc. V. c. 12. p. 428.

Non . . poterit quod *corpore admissum* est, non corpore [42]iudicari. Iniquus enim deus, si non per id punitur quis aut iuvatur per quod operatus est. Marc. V. c. 12. p. 428.

Licet . . officiis liberentur (membra sc.), sed iudiciis retinentur, ut [43] quis referat *per corpus* prout *gessit.* Resurr. c. 60. p. 336.

Quia ratio restitutionis destinatio iudicii [44]est, necessario idem ipse qui fuerat [45]exhibebitur, ut *boni seu contrarii* meriti iudicium a deo referat. Apol. c. 48. p. 116.

Tunc restituetur [46]omne humanum genus ad [47]expungendum quod in isto aevo *boni seu mali* meruit. Apol. c. 48. p. 118.

17. *Si qua ergo conditio nova in Christo, vetera transierunt, ecce nova facta sunt omnia.* Marc. V. c. 12. p. 429.

17. Quodsi *nova conditio* [48]*in Christo, nova* et sollemnia esse debebunt. Ieiun. c. 14. p. 417.

Nec ergo apud apostolum differentiae ratio, distinguentem *nova* et *vetera.* Ieiun. c. 14. p. 418.

---

42) II. 311. *vindicari* Latinius, prob. Fr. Iunius. — 43) II. 547. *quis* libri omnes. *quisque* Oehl. — 44) I. 292. *est, eo quod omnino de iudicio dei pati debent, necessario* Gelen. Pam. — 45) *exhibetur* Erlang. — 46) I. 294. *omnium hominum genus* Fuld. — 47) *persolvendum* Gelen. Gorz. — 48) I. 873. *in Christo, nova* Rig. F. Ursin. Fr. Iunius. *in Christo sepulti per perseverantiam nova* Gagn. *in Christo sepulti perseverant, iam nova* Gelen. Pam. *in Christo sepelit perseverantiam nova* Ios. Scaliger.

Cap. VI.

4—6. Eiusdem . . . qui inter titulos laborum suorum post *angustias* atque *pressuras*, post *ieiunia* et *vigilias castimoniam* quoque praedicarit. Pudic. c. 15. p. 407.

14. *Quid luci cum tenebris?* quid vitae et morti? Spect. c. 26 ex.

14. Caeterum non competit eum de *communicatione* aliquid hic ostendisse, qui eam supra *luci* et *tenebris*, *iustitiae* et *iniquitati* negarat. Pudic. c. 15. p. 408.

Quomodo . . in semetipso veritatem spiritus fallacia carnis confundens, negatam ab apostolo *lucis* i. e. veritatis, et fallaciae i. e. *tenebrarum* commisit *communicationem?* Marc. III. c. 8. p. 137.

14—16. An eiusdem sit recipere in communicationem reprobos quosque qui scribat: *Quae enim societas iustitiae et iniquitati? quae autem communicatio luci et tenebris? quae consonantia Christo et Belial? aut quae pars fideli cum infideli? aut quis consensus templo* [1]*dei et idolis?* Pudic. c. 15. p. 407.

Caeterum ad haec nihil *communionis* est *lumini* et *tenebris*, vitae et morti. Idol. c. 13. p. 165.

15. *Quae communio* [2] *Christo et Beliae?* Coron. c. 10. p. 353.

15. Quod est *commercium* damnaturis cum damnandis? opinor, quod *Christo et Beliae.* Hab. c. 2. p. 38.

16. Non *templum dei* vocabatur . . Pudic. c. 6. p. 379.

14—16. Illo . . concorporato rursus ecclesiae, et *iustitia* cum *iniquitate sociatur* et *tenebrae* cum *luce communicant* et *Belial consonat Christo* et [3]*infidelis cum fideli* sacramenta *participat.* Et viderint *idola*, ipse *templi dei*

---

1) I. 825. *dei et* Pam. Rig. lib. Clementis. *et* Gagn. Gelen. — 2) I. 441. *Christo* Agob. Rig. *Christi* reliq. — 3) I. 825. *infidelitas* Gagn. Gelen.

[4]vitiator in templum dei convenit. Nam et hic:

16. 17. *Vos enim*, inquit, *estis templum dei vivi; dicit enim: Quia inhabitabo in vobis et inambulabo et* [5]*ero deus illorum et illi erunt mihi populus. Propter quod discedite de medio eorum, separamini et immundum ne attigeritis.* Pudic. c. 15. p. 407.

17. De fidelibus iam audisti per [6]Esaiam: *Excedite de medio eorum et separamini et immundum ne* [7]*tetigeritis.* Pudic. c. 18. p. 418.

Cap. VII.

1. Iubet ut *mundemus nos ab inquinamento carnis et sanguinis.* Marc. V. c. 12. p. 429.

Hoc quoque evolvis, o Apostole, ut cum maxime ipse tanto immunditiarum gurgiti [8]manum tradis, immo et adhuc [9]superdicis:

1. *Habentes igitur promissionem istam,* [10]*dilecti, emundemus nos ab omni inquinamento carnis et spiritus,* [11]*perficientes castimoniam in* [12]*dei timore.* Pudic. c. 15. p. 407.

---

4) *vitiatur* Gagn. — 5) *ego* Rig. — 6) I. 832. *Esaiam* Latinius. *cassum* Gagn. Gelen. Pam. Rig. — 7) *attigeritis* Latinius. *egeritis* Gagn. Gelen. — 8) I. 825. *malum* Latin. — 9) *supra dicis* F. Ursinus. — 10) *dilecti* Pam. Rig. ex emend. Harrisii. *delicti* Gagn. Gelen. — 11) *perficientis* Gagn. Gelen. — 12) *fidei* Gagn. Gelen.

5. *Cum venissemus autem in Macedoniam, nullam remissionem habuit caro nostra*. . . . . .

In omnibus, inquit, *compressi; extrinsecus pugnae* (debellantes scilicet carnem), *intrinsecus timor* (afflictans scilicet animam). Resurr. c. 40. p. 289.

5. Atque adeo *carni* [13] ascribit *pressurarum* proprietatem, [14] ut et supra dicit: . . . . . .

. . Dehinc, ut [15] et animae daret compassionem: . . . . . .

Cap. IX.

7. Cum . . scriptura . . mandet . . . sine nostra pressura operari domino . . . Ux. II. c. 5. p. 95.

Cap. XI.

2. *Virginem sanctam* destinat ecclesiam *adsignare Christo*, utique ut sponsam sponso. Marc. V. c. 12. p. 429.

13. *Pseudapostolis* dicit *operarios dolosos*, *transfiguratores sui*, per hypocrisin scilicet, conversationis non praedicationis adulteratae reos taxat. Marc. V. c. 12. p. 429.

Qui *pseudapostoli*, nisi adulteri evangelizatores? Praescr. c. 4. p. 5.

14. *Transfiguratur Sa-*

14. Et *ipse Satanas*, cum *in*

13) II. 518. *adscribitur ut* Rhen. I. *asscribit* Gagn. Gelen. Pam. Rig. ex emend. Rhenani. *adscripturus* Oehl.. — 14) *ut et supra dicit* Seml. Leop. Oehl. *ut et supra dicat* Gagn. Gelen. Pam. Rig. de emend. Rhenani. *mutet supra dicit* Rhen. I. — 15) *et* om. Rig.

tanas in angelum lucis. Marc. V. c. 12. p. 429.

23—25. *In laboribus abundantius,* [16] *in carceribus plurimum, in mortibus saepius, a Iudaeis quinquies quadragenas citra unam accepi, ter virgis caesus, semel lapidatus* et reliqua. Scorp. c. 13. p. 383.

angelum lucis transfiguratur, qualitatem suam amittit? Non opinor. Resurr. c. 55. p. 328.

Edocti quod *ipse Satanas transfiguretur in angelum lucis.* Anim. c. 57. p. 332.

23. Corinthiis passiones suas enumerans patiendum utique praefinivit:

23—27. Puto autem, et apostolus in secunda Corinthiorum inter *labores* suos et *pericula* et *incommoda* post *famem ac sitim ieiunia* quoque *plurima* enumerat. Ieiun. c. 8 ex.

An .. et apostolus xerophagias norit, qui maiora celebraverat, *sitim et famem* et *multa ieiunia*? Ieiun. c. 9. p. 406.

Cap. XII.

2. .. propter quem (hominem sc.) in haec paupertina elementa de *tertio caelo* descendere laboravit. Marc. I. c. 14. p. 25.

De *caelo* quidem illo *tertio* videbimus, si et ad apostolum vestrum discutiendum pervenerimus. Marc. I. c. 15. p. 26.

2—4. Sed [1] etsi *in tertium usque caelum ereptus* Paulus [2] et *in paradisum* [3] *delatus audiit* quaedam illic: [4] non possunt videri [5] fuisse quae illum in aliam doctrinam instructiorem praestarent, cum [6] ita fuerit conditio eorum,

16) I. 531. *in carceribus plurimum* om. Agob. — 1) II. 23. *et in* Rhen. I. Gagn. — 2) *est in* Rhen. I. Gagn. — 3) *dilatus* Rhen. I. — 4) *quae non* Rhen. I. Gagn. — 5) *ea fuisse* Pam. ex libro Clem. — 6) *ista* Agob. (Hild.).

ut nulli hominum proderentur. Quodsi ad alicuius conscientiam [7]manavit nescio quid illud et hoc se aliqua haeresis sequi affirmat, aut Paulus secreti proditi reus est aut et alius postea *in paradisum ereptus* debet ostendi, cui *permissum* sit *eloqui* quae Paulo mutire non licuit. Praescr. c. 24. p. 28 sq.

2—4. Paulo, quem *paradisi* quoque compotem fecit ante martyrium. Scorp. c. 12. p. 379.

De *paradiso* suus stilus est ad omnem quam patitur quaestionem. Hic illud forte mirabor, si proprium potuit habere *paradisum* deus nullius terrae dispositionis, nisi si etiam *paradiso* creatoris precario usus est . . . Et tamen hominem *tollere ad caelum* creatoris exemplum est in Helia. Marc. V. c. 12. p. 429.

7. Et ipse *datum sibi* ait *sudem, angelum Satanae, a quo colaphizaretur, ne se extolleret.* Pudic. c. 13. p. 398.

Apostolus refert, *datum sibi sudem, angelum Satanae, ut* [8]*colaphizetur.* Fug. c. 2. p. 176.

7. 8. Magis . . mirabor, *dominum* optimum, percutiendi et saeviendi alienum, nec proprium saltem sed creatoris *angelum Satanae colaphizando* apostolo suo applicuisse et *ter ab eo obsecratum* non concessisse. Marc. V. c. 12. p. 429.

8. 9. Cum deprecatur dominum Paulus, quid audit? *Satis habe gratiam meam; virtus enim in infirmitate perficitur.* Pudic. c. 13. p. 399.

9. *Virtus in infirmitate perficitur.* Resurr. c. 9. p. 228. Marc. I. c. 29. p. 58.

9. .. ut *virtus in infirmitate comprobaretur.* Marc. V. c. 12. p. 430.

Sic et *virtus in infirmitate perficietur.* Resurr. c. 47. p. 305.

7) *emanavit* Agob. (Hild.). — 8) I. 467. *colafizaretur* Vaticani.

Sic magnitudinem in mediocritate *probari* docens, quemadmodum *virtutem in infirmitate* secundum apostolum. Marc. I. c. 14 in.

10. Rursus: *Propter quod*, inquit, *boni duco in infirmitatibus, in iniuriis, in necessitatibus, in persecutionibus, in angustiis pro Christo.* Scorp. c. 13. p. 383.

21. In finem . . epistulae dicens: *Ne rursus cum venero, humiliet me deus et lugeam multos eorum qui ante deliquerunt et paenitentiam non egerunt super immunditia quam admiserunt, fornicatione et* [9]*vilitate*... Pudic. c. 15. p. 408.

Cap. XIII.

1. *In tribus testibus stabit omne verbum.* Praescr. c. 22. p. 26.

1. 2. 10. Quid et formam legis adhuc tenet Galatarum castigator, *in tribus testibus* praefiniens *staturum omne verbum?* Quid et *non parsurum se peccatoribus* comminatur lenissimi dei praedicator? Immo et ipsam durius agendi *in praesentia potestatem a domino datam sibi* affirmat. Marc. V. c. 12. p. 430.

10. Salva observatione nec *in destructionem* eius, sed *in aedificationem* potius. Coron. c. 2. p. 339.

9) I. 826. *utilitate* Gagn. Gelen.

4. Epistula ad Galatas.

Der Galaterbrief, der in dem Apostolus des Marcion die erste Stelle einnahm, wird auch von Tertullian in dem Vorworte zu seiner gegen den Letzteren gerichteten Erläuterung desselben (Marc. V. c. 2—4. p. 372—388) für den vornehmsten Brief wider den Iudaismus erklärt: Principalem adversus Iudaismum *epistulam* nos quoque confitemur quae *Galatas* docet. Ebenda fasst Tertullian dessen Tendenz in die Worte zusammen: Igitur tota intentio epistulae istius nihil aliud docet, quam legis decessionem, venientem de creatoris dispositione (p. 373), während er Praescr. c 33 den Hauptinhalt desselben in folgender Weise angibt: Ad *Galatas* scribens invehitur in observatores et defensores circumcisionis et legis. — Ausserdem erwähnt er den Brief noch ausdrücklich Marc. III. c. 5. p. 128. V. c. 2. p. 375. c. 10. p. 418. Prax. c. 28. p. 261. Virg. c. 6 in. Ieiun. c. 2. p. 392. Monog. c. 6 in. c. 14 in. Resurr. c. 23. p. 254. 255. c. 50 ex. Pudic. c. 17. in. Marc. IV. c. 3 in., an welcher letzteren Stelle er sagt: Sed enim Marcion nactus *epistulam Pauli ad Galatas* etiam ipsos apostolos suggillantis . . . connititur ad destruendum statum eorum evangeliorum quae propria et sub apostolorum nomine eduntur, vel etiam apostolicorum, ut scilicet fidem, quam illis adimit, suo conferat.

Cap. I.

1. Ipse *se . . apostolum* est professus et quidem *non ab hominibus nec per hominem, sed per Iesum Christum.* Marc. V. c. 1. p. 370.

Ad Galatas *non ab hominibus se apostolum* praefert *nec per hominem, sed per Iesum Christum et deum patrem.* Prax. c. 28. p. 261.

3. Non utique salutem prae-

scribit eis quibus scribit, sed *gratiam et pacem.* Marc. V. c. 5. p. 388.

6. Ipsum .. principium: *Miror, quod sic tam cito transferimini ab eo, qui* [1]*vos vocavit in gratia, ad aliud evangelium.* Praescr. c. 27.

6. Et si quosdam falsos fratres irrepsisse descripsit qui vellent Galatas *ad aliud evangelium transferre* . . . Marc. I. c. 20. p. 36.

Apparet quomodo scribat: *Miror vos tam cito transferri ab eo, qui vos vocavit in gratiam, ad aliud evangelium.* Marc. V. c. 2. p. 374.

7. Apostolus dicens: *Quod* [2]*aliud omnino non est.* Marc. V. c. 2. p. 374.

7. Adiciens *quod aliud evangelium omnino non esset.* Marc. V. c. 2. p. 374.

Si tam funditus deletum est (germanum scil. apostolorum instrumentum), ut cataclysmo quodam, ita inundatione falsariorum obliteratum, iam ergo nec Marcion habet verum. Marc. IV. c. 3. p. 190.

Et nostrum quod illi consonat, aeque apostolorum est, sed adulteratum de titulo quoque. Ibid.

Si qui *evangelium pervertebant* . . . Marc. IV. c. 5. p. 194.

8. *Sed et si nos aut angelus de caelo aliter evangelizaverit.* Marc. V. c. 2. p. 375.

8. *Etiam si angelus* Marcion, citius *anathema* dicendus, quam evangelizator, quia *aliter evangelizavit.* Marc. IV. c. 4 ex.

Subtexuit: *Licet angelus de caelo aliter evangelizaverit, anathema sit.* Marc. V. c. 2. p. 375.

Itaque *etiam si angelus de caelis aliter* [3]*evangelizaret, anathema* [4]diceretur a nobis. Praescr. c. 6 ex.

Scribit: *Et si ange-*

Dum [5]quaque ex parte *ana-*

1) II. 25. *suos* Agob. Rig. — 2) II. 278. *non aliud omnino non est* Rig. — 3) II. 8. *evangelizaverit* lib. Clementis. — 4) *dicetur* lib. Clem. — 5) I. 852. *quaqua* lib. Clem. Pam. Rig.

lus de caelo aliter evangelizaverit, citra quam nos, anathema sit. Praescr. c. 29 ex.

Apostolus respondebit ... dicens: *Etiam si angelus de* [6]*caelis aliter evangelizaverit vobis, quam nos* [7]*evangelizavimus, anathema sit.* Carn. c. 6. p. 355.

Respondit .. *Etiam si angelus de* [8]*caelis aliter evangelizaverit vobis, quam nos, anathema sit.* Carn. c. 24. p. 395.

10. *Si hominibus*, inquit, [9]*vellem placere, servus Christi non essem.* Idol. c. 14. p. 166.

thema audiamus, qui *aliter adnuntiamus.* Ieiun. c. 1 ex.

11. 12. Apostolos domini habemus auctores, qui nec ipsi quicquam ex suo arbitrio, quod inducerent, elegerunt, sed *acceptam* a *Christo* disciplinam fideliter nationibus adsignaverunt. Praescr. c. 6. p. 8.

12. Eius dei apostolus .. quem *Christus revelaverat* ... qui iam *revelatus* fuisset a Christo. Marc. V. c. 1. p. 372.

13. Et *in Iudaismo conversatus* [10]*fuerat* apostolus. Marc. V. c. 17. p. 451.

13. 23. Ipse se apostolum de *persecutore* profitetur ... Demutatus in *praedicatorem* de persecutore .. Praescr. c. 23. p. 27.

1, 13—2, 14. Exinde decurrens

6) II. 436. *caelo* 3 Vatic. Pam. — 7) *evangelizaveris* Agob. — 8) II. 463. *caelo* 3 Vatic. Pam. Rig. — 9) I. 90. *velim* Agob. — 10) II. 324. *fuerat* om. Pam. Rig. Reposuerunt Latin. et Fr. Iunius.

ordinem *conversionis suae* de *persecutore* in *apostolum* . . Marc. V. c. 2. p. 375.

16. Apostolo . . qui post *revelatum in se filium dei ad evangelizandum eum in nationibus statim non retulerit ad carnem et sanguinem*, id est ad circumcisionem, id est ad Iudaismum, sicut ad Galatas scribit. Resurr. c. 50 ex.

18. *Dehinc*, sicut ipse enarrat, [11] *ascendit Hierosolymam cognoscendi Petri caussa.* Praescr. c. 23. p. 27.

Cap. II.

1. 2. Propterea *Hierosolymam ascendit* ad cognoscendos apostolos et consultandos, *ne forte in vacuum cucurrisset.* Marc. IV. c. 2. p. 188.

Denique ad patrocinium Petri caeterorumque apostolorum *ascendisse Hierosolymam post annos XIV* scribit, *ut conferret cum illis de evangelii* sui regula, *ne in vacuum* tot annis *cucurrisset aut curreret.* Marc. V. c. 3 in.

2. Ipso quoque apostolo, *ne in vacuum cucurrisset aut curreret*, suspecto. Marc. V. c. 3. p. 377.

Ab illo . . Paulo qui adhuc in gratia rudis, trepidans denique, *ne in vacuum cucurrisset aut curreret*, tunc primum cum antecessoribus apostolorum *conferebat.* Marc. I. c. 20. p. 35.

---

11) II. 22. *ascendit in Hierosolyma* Rig. *ascendi in Hierusolyma* Agob. (Baluz.). *ascendit Hierosolymam* Rhen. I. Gagn. Gelen. Pam.

2. 7 sqq. Deducitur ad fratres a fratribus, ut unus ex fratribus, [1]et ad illos ab illis, qui ab apostolis fidem induerant. Praescr. c. 23. p. 27.

3. Abstulit *circumcisionem.* Pudic. c. 17 ex.

3. 4. Praemittit: *Sed nec Titus, qui mecum erat, cum esset Graecus, coactus est circumcidi,* — dehinc subiungit: *Propter superinductitios falsos fratres* et reliqua. Marc. V. c. 3. p. 377.

3. 4. Cum *nec Titum* dicit *circumcisum*, iam incipit ostendere, solam circumcisionis quaestionem [2]ex defensione adhuc legis concussam ab eis quos propterea *falsos et* [3]*superinductitios fratres* appellat, non aliud statuere pergentes, quam perseverantiam legis . . . atque ita pervertentes evangelium, non interpolatione scripturae, qua Christum creatoris effingerent, sed retentione veteris disciplinae, ne legem creatoris excluderent. Marc. V. c. 3. p. 376.

Circumcidens Timotheum [Act. 16, 3] *propter* [4]*superinductitios falsos fratres.* Monog. c. 14 in.

4. *Pseud*apostoli *irrepserant.* Marc. IV. c. 3. p. 189.

Quosdam *falsos fratres irrepsisse* descripsit. Marc. I. c. 20. p. 36.

4. 5. *Propter* [5]*superinductitios*, inquit, *falsos fratres, qui subintraverant ad speculandam libertatem nostram quam habemus in Christo, ut nos subigerent servituti, nec ad horam cessimus subiectioni.* Marc. V. c. 3. p. 377.

4. 5. Si non *subintroissent falsi* illi *fratres ad speculandam libertatem eorum, cessissent subiectioni?* Non opinor. Ergo *cesserunt*, quia fuerunt propter quos [6]cederetur. Marc. V. c. 3. p. 377.

4—9. Frustrandi erant *falsi fratres, speculantes libertatem* Christianam, ne ante eam in *ser-*

---

1) II. 22. *et ad illos ab illis* Gelen. Pam. Rig. *ab illo et ab illis* Rhen. I. Gagn. — 2) II. 279. *ex defensione* Gagn. Gelen. Pam. Rig. Gorz. *et defensionem* reliq. — 3) *superductitios* Rhen. I. — 4) I. 784. *superductitios* Rhen. I. Gagn. — 5) II. 279. *falsos, inquit, superinductitios* (*superductitios* Rhen. I.) Rhen. I. Gagn. Gelen. — 6) *crederetur* ed. Oehleri.

vitutem abducerent Iudaismi, quam Paulus sciret se non in vacuum cucurrisse, quam *dexteras ei darent* antecessores, quam ex censu eorum *in nationes* praedicandi munus [7] subiret. Marc. V. c. 3. p. 378.

7. Devergente iam aetate oves Christi educaturum ut doctorem nationum. Marc. V. c. 1. p. 371.

9. Itaque et *dexteras ei dederunt*, signum concordiae et convenientiae, et inter se distributionem officii ordinaverunt, non separationem evangelii nec ut aliud alter, sed ut [8] aliis alter praedicarent: *Petrus in circumcisionem*, *Paulus in nationes.* Praescr. c. 23 ex.

Ipsum *Petrum* caeterosque, *columnas* apostolatus . . Marc. I. c. 20. p. 35.

Reprehensus est *Petrus* et *Ioannes* et *Iacobus*, *qui existimabantur columnae.* Marc. IV. c. 3. p. 189.

Ut cum auctoribus contulit et convenit de regula fidei, *dextras* miscuere et exinde officia praedicandi distinxerunt, *ut illi in Iudaeos*, *Paulus* in Iudaeos et *in nationes.* Marc. IV. c. 2. p. 188.

9. 10. *Dexteras Paulo dederunt Petrus* et *Iacobus* et *Ioannes* et de officii distributione pepigerunt, *ut Paulus in nationes, illi in circumcisionem, tantum ut meminissent egenorum.* Marc. V. c. 3. p. 378.

11. Et clarissimas feminas et

7) II. 280. *obiret* Latin. — 8) II. 22. *alii* Gagn. Gelen.

clarissimos viros Severus, sciens huius sectae esse, non modo non laesit, verum et testimonio exornavit et populo furenti *in* [9]*os* palam *restitit*. Scap. c. 4. p. 207 sq.

11—14. Reprehendit *Petrum non recto pede incedentem ad evangelii veritatem*. Plane reprehendit, non ob aliud tamen, quam ob inconstantiam *victus*, quem pro personarum qualitate variabat, *timens eos qui erant ex circumcisione*, non ob aliquam divinitatis perversitatem, de qua et aliis *in faciem restitisset*, qui de minore caussa conversationis ambiguae Petro ipsi non pepercit. Marc. V. c. 3. p. 378.

Proponunt . . ad suggillandam ignorantiam aliquam apostolorum, quod *Petrus* et qui cum eo [10]erant, reprehensi [11]sint a Paulo. Adeo, inquiunt, aliquid eis defuit, ut ex hoc etiam illud struant, potuisse postea pleniorem scientiam supervenire, qualis obvenerit Paulo reprehendenti antecessores. .... Tamen doceant ex eo, quod allegant Petrum a Paulo reprehensum, [12]aliam evangelii formam a Paulo [13]superductam citra eam quam praemiserat Petrus et caeteri .... Caeterum si reprehensus est Petrus, quod [14]cum *convixisset ethnicis*, postea *se* a convictu eorum *separabat* personarum respectu, utique conversationis fuit vitium, non praedicationis. Praescr. c. 23.

9) *in os* Rhen. I. Gagn. Gelen. Pamel. *in nos* Vind. Leid. Gorz. 3 Vatic. Rig. *in eos* Baron. Ann. II. p. 275. — 10) II. 21. *erant* om. Agob. Rig. — 11) *sunt* Agob. Leid. — 12) II. 22. *alius* Rhen. I. — 13) *superinductam* Gelen. Pam. — 14) *cum* om. Agob. Leid. Rhen. I.

Pauli . . . etiam ipsos apostolos suggillantis ut *non recto pede incedentes ad veritatem evangelii* . . . Etsi reprehensus est Petrus et Ioannes et Iacobus . . . manifesta caussa est. Personarum enim respectu videbantur variare *convictum* . . . . Si apostolos praevaricationis et *simulationis* suspectos Marcion haberi queritur usque ad evangelii depravationem, Christum iam accusat accusando quos Christus elegit. Si vero apostoli .. integrum evangelium contulerunt, de sola *convictus* inaequalitate reprehensi . . . . Marc. IV. c. 3. p. 189 sq.

Si ferventer [15] adhuc ut neophytus adversus Iudaismum aliquid in conversatione reprehendendum existimavit, passivum scilicet *convictum* . . . tu illam solius conversationis placiturae postea accusatori suo reprehensionem [16] suspectam vis haberi etiam de praedicationis erga deum praevaricatione? Atquin de praedicationis unitate, quod supra legimus, *dextras iunxerant* et ipsa officii distributione de evangelii *societate* condixerant [Gal. 2, 9.]. Marc. I. c. 20. p. 35.

16. Quomodo Marcionitae volunt credi, de caetero pergat apostolus, *negans ex operibus legis iustificari hominem, sed ex fide.* Marc. V. c. 3. p. 379.

Lex, in qua *non iustificatur* operarius. Marc. V. c. 3. p. 380.

18. Merito non *reaedificabat quae destruxit.* Marc. V. c. 3. p. 379.

15) II. 69. *ut adhuc* Rig. — 16) *susceptam* Rhen. I.

Cap. III.

1. Tenent correptas ab apostolo ecclesias: *O insensati Galatae, quis vos fascinavit?* Praescr. c. 27.

1. Secundum liniamenta Christi incedentes. Resurr. c. 49. p. 311.

6. *Abraham deo credidit et iustitiae* [1] *deputatus ab* [2] *illo est.* Pat. c. 6 in.

Abraham deo credidit et [3] *deputatum est iustitiae.* Marc. V. c. 3. p. 381.

6. Quando *credidit Abraham deo et deputatum* [4] *est ei in iustitiam?* Monog. c. 6. p. 144.

7. *Cognoscitis nempe, quia qui ex fide, isti sunt filii Abrahae.* Monog. c. 6. p. 144.

6. 7. *Ex fide filii* [5] deputamur *Abrahae*, ut apostolus docet, dicens ad Galatas:

6—9. *Deus*, quem *iustitiae deputasset*, sciebat . . . Merito . . *benedictus*, quia et *fidelis;* merito fidelis, quia et patiens. Ita fides patientia illuminata cum in *nationes* seminaretur per semen *Abrahae*, quod est Christus . . . Pat. c. 6. p. 86.

7. Nos apostolus *filios Abrahae* per *fidem* affirmat. Marc. V. c. 3. p. 381.

8. Retexens . . promissionem *benedictionis nationum in* [6] *nomine Abraham*:

8. *Et in semine tuo benedicentur omnes nationes.* Carn. c. 22. p. 392.

9. 10. In *lege maledictio* est, in *fide* vero *benedictio.* Marc. V. c. 3. p. 380.

---

1) I. 598. *deputatum* Fr. Iunius. — 2) *isto* Pam. — 3) II. 281. *deputatus* Latinius. — 4) I. 769. *est* om. Rhen. I. Gagn. — 5) I. 769. *deputemur* Rhen. I. Gagn. — 6) II. 461. *semine* Gagn. in marg.

11. . . ut iam *ex fidei* libertate *iustificetur* homo, non *ex legis* servitute:

11. *Quia iustus ex fide* [7]*vivit.* Marc. V. c. 3. p. 379. (381.)

Unusquisque enim [8]*de sua fide vivit.* Cast. c. 7. p. 119.

Eius . . dei erit *fides in qua* [9]*vivet iustus*, cuius et *lex.* Marc. V. c. 3. p. 379.

Fidem . . ex qua scilicet [10]*vivit iustus.* Marc. V. c. 3. p. 380.

13. *Maledictus*, inquit, *omnis qui pependerit in ligno.* Marc. III. c. 18 in.

Maledictus omnis in ligno suspensus. Marc. V. c. 3. p. 380.

Christus pro nobis maledictio factus est. Prax. c. 29. p. 264.

13. . . ut fieret *maledictum pro nobis, quia maledictus qui pependerit in ligno.* Fug. c. 12. p. 192.

. . qui et *maledictum* in se creatoris admisit, *ligno suspensus.* Marc. I. c. 11. p. 21.

Dominus ipse *maledictus* in *lege* est. Pat. c. 8. p. 90.

Cur . . *Christus factus* sit *pro nobis maledictio*, ipso apostolo edocente manifestum est. Marc. V. c. 3. p. 380.

Nos . . dicentes Christum crucifixum, non maledicimus illum, sed *maledictum legis* referimus, quia nec apostolus hoc dicens blasphemavit. Prax. c. 29. p. 264.

14. [11]Accepimus igitur *benedictionem spiritalem*, —

14. *per fidem*, inquit. Marc. V. c. 3. p. 380.

15. *Adhuc*, inquit, *secundum hominem dico.* Marc. V. c. 4 in.

Tamen testamentum hominis nemo spernit aut superordinat. Marc. V. c. 4. p. 382.

15. . . cum *secundum hominem* dixisset. Marc. V. c. 4. p. 382.

---

7) II. 281. *vivet* Pam. — 8) I. 748. *de sua* Rhen. I. Gagn. Gelen. Pam. *sua* Agob. Rig. — 9) II. 281. *vivit* Fr. Iunius. — 10) *vivit* Rhen. I. Gagn. Gelen. *vivet* Pam. Rig. — 11) II. 281. *accipimus* Vatic.

16. *Abrahae dictae sunt promissiones et semini eius. Non dixit seminibus quasi pluribus, sed semini tanquam uni, quod Christus est.* Marc. V. c. 4. p. 382.

Non, inquit, *dixit seminibus tanquam de pluribus, sed* [12] *semini, tanquam de uno, quod est Christus.* Carn. c. 22. p. 392.

16. Apostolus ipsum definiens esse *Abrahae semen.* Carn. c. 22. p. 392.

17. *Post quadringentos et triginta annos* Abrahae data est *lex.* Iud. c. 2. p. 274.

22. Propter hoc *omnia conclusserat* lex . . *sub delictum.* Marc. V. c. 13. p. 434.

26. Adicit: *Omnes enim filii estis fidei.* Marc. V. c. 3. p. 380.

26. Hic quoque *filios fidei* notavit. Marc. V. c. 3. p. 381.

Caeterum quomodo *filii fidei?* Et cuius *fidei*, si non Abrahae? Ibid.

27. *Quotquot enim in* [13] *Christum tincti estis, Christum induistis.* Marc. III. c. 12 ex.

27. Qui *in Christo tinguuntur, Christum induerunt.* Monog. c. 7. p. 148.

Erubesce, caro, quae *Christum induisti!* Monog. c. 17. p. 170.

Christum indutus es, siquidem *in Christum tinctus* es. Fug. c. 10. p. 189.

In Christum tincta (caro) *induit Christum.* Pudic. c. 6 ex.

Quid vestiris a nudo, si *Christum induisti?* Resurr. c. 3. p. 216.

. . [14] cum *eum* (dominum sc.)

12) II. 461. *semini* (*semine* Rig.) *tamquam de uno* Pam. Rig. *semine, de uno* reliq. — 13) II. 137. *Christo* Gelen. Pam. — 14) II. 491. *cum baptisma induerint* Rhen. I.

in *baptismate induerint.* Resurr. c. 19. p. 246.

28. Et tunc *liber* [15] hominis eras, redemptus a Christo, et nunc *servus* es Christi, licet manumissus [16] ab homine. Coron. c. 13. p. 359.

Cap. IV.

1. 3. *Adhuc*, inquit, *secundum hominem dico. Dum essemus parvuli, sub elementis mundi eramus positi ad deserviendum eis.* Marc. V. c. 4 in.

4. *Cum autem evenit impleri tempus, misit deus filium suum.* Marc. V. c. 4. p. 382.

. . dicente apostolo: *At ubi tempus expletum est, misit deus filium suum.* Marc. V. c. 8. p. 406.

Paulus grammaticis istis silentium imponit. *Misit*, inquit, *deus filium suum, factum ex muliere.* Carn. c. 20. p. 387.

Scribens . . ad Galatas: *Misit*, inquit, *deus filium suum, factum ex muliere.* Virg. c. 6. p. 13.

1. 3. Atquin non est hoc *humanitus dictum*; non enim exemplum est, sed veritas. Quis enim *parvulus*, utique sensu, quod sunt nationes, non *elementis subiectus* est *mundi*, quae pro deo [1] suspicit? Marc. V. c. 4. p. 381 sq.

4. Nunquid *per mulierem* aut *in* [2] *mulierem?* Hoc quidem impressius, quod *factum* [3] dicit, quam *natum:* simplicius enim enuntiasset *natum. Factum* autem dicendo et ‚Verbum caro factum est' consignavit et carnis veritatem ex virgine [4] factam adseveravit. Carn. c. 20. p. 387 sq.

Hic certe nihil prophetice dictum videri potest, ut futuram *mulierem* i. e. nuptam apostolus nominarit dicendo: *Factum ex muliere.* Non enim poterat posteriorem *mulierem* nominare, de qua Christus nasci non habebat, i. e. virum passam; sed illa quae erat praesens, quae erat virgo, et *mulier* vocabatur [5] post voca-

---

15) I. 451. *hominis* Agob. Rig. *homini* reliq. — 16) *sis ab* Agob. (Hild.). — 1) II. 282. *suscipit* 2 Vatic. — 2) II. 457. *muliere* Rig. ex emend. F. Ursini. *mulierem* Rhen. I. Gagn. Gelen. Pam. — 3) *potius dicit* Gagn. Gelen. Pam. Rig. de codd. Gagneii. *dicit* reliq. — 4) *factae* cod. Pithoei, Rigaltius. *factam* Gagn. Gelen. Pam. Rig. — 5) I. 892. *per* Rig. Latinius.

buli huius proprietatem secundum primordii formam [6]virgini et ita universo *mulierum* generi defensam. Virg. c. 6. p. 14.

4. 5. *Misit filium suum, — ut eos qui sub lege erant, redimeret . . . et ut adoptionem filiorum acciperemus.* Marc. V. c. 4. p. 383.

6. *Itaque ut certum esset, nos filios dei esse, misit spiritum suum in corda nostra clamantem: Abba, pater.* Marc. V. c. 4. p. 383.

8. . . dicendo supra: *Si ergo his qui* [7]*non natura sunt dei, servitis* . . Marc. V. c. 4. p. 383.

9. Post has . . divitias non erat *revertendum ad infirma et mendica elementa. Elementa* autem apud Romanos quoque etiam primae literae solent dici. Non ergo per mundialium *elementorum* derogationem a *deo* eorum avertere cupiebat, etsi . . . physicae i. e. naturalis superstitionis *elementa* pro deo habentis [8]suggillabat errorem, nec sic tamen *elementorum* deum taxans. Marc. V. c. 4. p. 383.

Apostolus . . improbat *elementis servientes.* Praescr. c. 33. p. 42.

Et legis destructio et evangelii aedificatio pro me faciunt in ista quoque epistula ad eam

6) *virgini* Rhen. II. Gelen. Pam. Rig. *virginis* Rhen. I. — 7) II. 283. *non* Vaticani, Pam. Rig. *in* Rhen. I. Gagn. Gelen. — 8) *suggillabat* Vaticani, Pam. Rig. *suggillat* reliq.

Galatarum praesumptionem pertinentes qua praesumebant Christum . . . salva creatoris lege credendum, quod adhuc incredibile videretur legem a suo auctore deponi. Marc. V. c. 2. p. 373.

10. Quae velit intellegi elementa, primas scilicet literas legis, ipse declarat: *Dies observatis et menses et tempora et annos*, ...

. . et sabbata, ut opinor, et cenas puras et ieiunia et dies magnos. Cessare enim ab his quoque, sicut et circumcisione, oportebat. Marc. V. c. 4. p. 383.

10. [9] Deprehendens . . illos circumcisionem vindicantes et *observantes tempora et dies et menses et annos* Iudaicarum caerimoniarum, quas iam exclusas agnovisse debuerant. Marc. I. c. 20. p. 36.

Sic et cum Galatis nos quoque percuti aiunt, *observatores dierum et mensium et annorum.* Ieiun. c. 2. p. 392.

Horum . . *tempora observantes et dies et menses et annos*, galaticamur plane, si Iudaicarum caerimoniarum, si legalium sollemnitatum *observantes* sumus; illas enim apostolus dedocet compescens veteris testamenti in Christo sepulti perseverantiam et novi sistens. Quod si . . . omnem in totum *devotionem temporum et dierum et mensium et annorum* erasit apostolus, cur pascha celebramus annuo circulo in mense primo? cur quinquaginta exinde

9) II. 69. *reprehendens* Rig. F. Ursinus.

diebus in omni exultatione decurrimus? cur stationibus quartam et sextam sabbati dicamus et ieiuniis parasceven? Ieiun. c. 14.

. . . horum quoque . . vindicantium et Iudaicos fastos. Marc. IV. c. 3. p. 189.

19. *Filii mei, quos parturio rursus.* Marc. V. c. 8. p. 406.

9. 10. 19. Ille qui Galatas in lege volentes agere castigat . . . *parturiens illos, donec formaretur Christus in ipsis*, et calefaciens tanquam nutrix *parvulos* fidei. Monog. c. 14. p. 164.

22—26. *Abraham duos liberos habuit, unum ex ancilla et* [10] *alium ex libera; sed qui ex ancilla, carnaliter natus est, qui vero ex libera, per repromissionem; quae sunt allegorica*, id est aliud portendentia; *haec sunt enim duo testamenta*, sive *duae ostensiones*, sicut invenimus interpretatum, *unum a monte* [11] *Syna* in synagogam Iudaeorum secundum legem *generans in servitutem*, [12] *alium* super omnem principatum *generans*, ...

22—24. Docens . . ad Galatas, *duo* argumenta *filiorum Abrahae allegorice* cucurrisse. Marc. III. c. 5. p. 128.

. . vim, dominationem et omne nomen quod nominatur: non tantum in hoc aevo, sed et in futuro, ... *quae est mater nostra*, ... in [13] quem repromisimus sanctam ecclesiam. Marc. V. c. 4. p. 384 sq.

---

10) II. 284. *unum* Vatic. — 11) *Syna* Rhen. I. Gagn. Gelen. Pam. *Sina* Rig. — 12) *aliud* Rig. *alium* Vaticani, Rhen. I. Gagn. Gelen. Pam. *alterum* Latinius. — 13) *quam* Rig. F. Ursin. Fr. Iunius. *quem* Rhen. I. Gagn. Gelen. Pam.

22—31. [14]Habes apostolum, disce cum Galatis; proinde, etsi digamiam [15]tibi intuleris, non es illius [16]*Abrahae filius* cuius fides in monogamia praecessit; nam etsi postea pater multarum nationum nuncupatur, sed earum quae ex fide digamiam praecedente *filii* habebant deputari *Abrahae.* Exinde res viderint. Aliud sunt figurae, aliud formae; aliud imagines, aliud definitiones. Imagines transeunt adimpletae, definitiones permanent adimplendae; imagines prophetant, definitiones gubernant. Quid digamia illa Abrahae portendat, idem apostolum edocet interpretator *utriusque testamenti*, sicut idem semen nostrum in *Isaac* vocatum determinat. Si ex *libera* es, ad *Isaac* [17]pertinens . . . Monog. c. 6. p. 144.

26. Tu peregrinus [18]es mundi huius, [19]civis *supernae Hierusalem.* Coron. c. 13. p. 359.

Ipsam *Hierusalem*, *quae sursum est.* Marc. V. c. 15. p. 442.

Hierusalem caelo delata, quam et apostolus *matrem nostram sursum* designat. Marc. III. c. 24. p. 178.

28. Si vult nos iterare coniugia, quomodo semen nostrum in *Isaac* semel marito auctore defendit? Monog. c. 11. p. 157.

31. Adicit: *Propter* 31. Utique manifestavit, et

14) I. 769. *habens* Rhen. I. — 15) *tibi intuleris* Rig. *iam tibi intuleris* Rhen. I. Gagn. Gelen. Pam. *tibi tituleris* sic ap. Semler. — 16) *Abr. filius* om. Rhen. I. Gagn. — 17) *pertines* Rhen. I. Gagn. Gelen. — 18) I. 451. *es* om. Agob. Rig. — 19) *civis supernae Hier.* Rhen. I. Gagn. Gelen. Pam. Rig. *civis civitatis sup. Hier.* Agob. *civitatis civis sup. ierus.* Laurent.

quod, fratres, non sumus ancillae filii, sed liberae. Marc. V. c. 4. p. 385.

Christianismi generositatem in *filio* Abrahae ex *libera* nato allegoriae habere sacramentum, sicut et Iudaismi servitutem legalem in *filio ancillae.* Marc. V. c. 4. p. 385.

Cap. V.

1. Ipsum quod ait: *Qua libertate Christus* [1]*nos manumisit*, ...

. . nonne eum constituit *manumissorem* qui fuit dominus? Alienos enim *servos* [2]ne Galba quidem *manumisit*, facilius liberos soluturus. Ab eo igitur praestabitur libertas, apud quem fuit *servitus* legis. Et merito. Non decebat *manumissos* rursus *iugo servitutis* i. e. legis *adstringi.* Marc. V. c. 4. p. 385.

2. De servitute igitur exemptos ipsam servitutis notam eradere perseverabat, *circumcisionem.* Marc. V. c. 4. p. 386.

Abstulit *circumcisionem.* Pudic. c. 17 ex.

Ad Galatas scribens invehitur in [3]*observatores* et defensores *circumcisionis* et legis. Praescr. c. 33. p. 41.

5. Contemplatio est *spei* in hoc spatio per *fidem*, non [4]repraesentatio: nec possessio, sed *exspectatio.* De qua *spe* et *exspectatione* Paulus ad Galatas:

---

1) II. 284. *vos* Rhen. I. Gagn. Gelen. — 2) *ne Galba quidem* Rig. F. Ursinus e cod., Seml. Leop. *ne Galba* Rhen. I. Gagn. Gelen. Pam. *nec Galba* Fr. Iunius. Oehl. — 3) II. 31. *observationes* Agob. — 4) II. 497. *repraesentatio* Pam. Rig. *praesentatio* reliq.

5. *Nos enim spiritu ex fide spem iustitiae exspectamus,* . . . . non ait, tenemus. Resurr. c. 23. p. 254.

6. Etiam *praeputiationem negat quicquam valere in Christo,* sicut [5]et *circumcisionem* . . . Utraque in Christo vacabat propter *fidei* praelationem, — illius *fidei* . . . *quam* dicendo *per dilectionem perfici* sic quoque creatoris ostendit. Marc. V. c. 4. p. 386.

7. *Tam bene currebatis, quis vos impediit?* Praescr. c. 27.

9. *Modicum . . fermentum totam* [6]*decipit consparsionem.* [1 Cor. 5, 6.] Pudic. c. 18. p. 419.

9. *Modico . . fermento totam* fidei *massam* haeretico [7]acore [8]*decepit.* Marc. I. c. 2. p. 5.

10. *Qui autem turbat vos, iudicium feret.* Marc. V. c. 4. p. 386.

12. Concedit (apostolus) [9]et indignationem. Quidni, quam et ipse suscepit?

12. *Utinam et praecidantur,* inquit, *qui vos subvertunt.* Anim. c. 16. p. 241.

Optans etiam, ut *praeciderentur* qui circumcisionem detinendam suadebant. Pudic. c. 1. p. 366.

14. *Tota enim,* inquit, *lex in vobis adimpleta est: Diliges proximum tuum tanquam* te. Marc. V. c. 4. p. 386.

14. *Lex* creatoris etiam ab adversario probata est nec dispendium, sed compendium ab eo consecuta est, redacta summa in unum iam praeceptum. Marc. V. c. 4. p. 387.

---

5) II. 285. *ex circumcisione* Rhen. I. — 6) I. 833. *despicit* Gagn. — 7) II. 50. *acrore* Rhen. I. — 8) *decepit* libri omnes, Seml. Leop. *desipuit* Ios. Scaliger, Oehl. — 9) II. 579. *et* om. Agob.

Disciplinam diligendi extraneum vel inimicum antecessit praeceptum *diligendi proximum tanquam te ipsum.* Marc. I. c. 23. p. 43.

17. *Caro*, inquit, *adversus spiritum concupiscit et spiritus adversus carnem.* Monog. c. 1. p. 134.

17. . . quia *concupiscat (caro) adversus spiritum.* Resurr. c. 10. p. 229.

. . cuius (*carnis* sc.) . . . *concupiscentis adversus spiritum.* Anim. c. 40 in.

19—21. *Opera* . . *carnis* et sanguinis, quibus et ad Galatas scribens abstulit *dei regnum.* Marc. V. c. 10. p. 418.

Neque enim *carnem* praecipit deponamus, sed quae et alibi *carnalia* ostendit. Resurr. c. 45. p. 298.

Cuius (*carnis* sc.) *opera* damnantur. Anim. c. 40 in.

19. Quid Galatae legunt? *Manifesta sunt opera carnis;* . . . . . .

. . quaenam ista? [10] In primis posuit *fornicationem, immunditiam, lasciviam,* . . . . . .

21. *quae praedico vobis sicut praedixi, quod qui talia agunt, regnum dei non sunt consecuturi* [11] *haereditate.* Pudic. c. 17. p. 414.

20. Saepe iam ostendimus, *haereses* apud apostolum inter mala ut malum poni. Marc. V. c. 8. p. 404.

Apostolicarum literarum, quae nobis . . . *haereses* . . . fugiendas praefinierunt. Praescr. c. 4 in.

Haereses . . cavendas [12] praenuntiabat. Praescr. c. 29.

Paulus . . , et alibi *haereses* inter *carnalia* crimina [13] enumerat, scribens ad Galatas. Praescr. c. 6 in.

---

10) I. 830. *in primo* Gagn. — 11) *haereditati* lib. Clem. — 12) II. 26. *praenuntiavit* Gelen. Pam. — 13) II. 7. *numerat* Agob. Rig.

Quod qui talia [14] *agunt, regnum dei non* [15] *sunt haereditate consecuturi.* Resurr. c. 49. p. 312.

19—21. In *operibus carnis . . . quibus* etiam ad Galatas *manifestatis, praedicere se et praedixisse* profitetur:

24. . . cuius *castigationes* probat.. haeccine (caro sc.) non resurget, totiens dei? Resurr. c. 9. p. 227.

Cap. VI.

2. Dicit: *Onera vestra invicem sustinete, et sic adimplebitis legem Christi.* Marc. V. c. 4. p. 387.

Invicem onera vestra portate. Ibid.

7. *Erratis, deus non deridetur . . . Quod enim* [1] *severit homo, hoc et metet.* Marc. V. c. 4. p. 387.

7. *Deus* . . zelotes et qui *naso non deridetur*, adulantium scilicet [2] bonitati eius. Pudic. c. 2. p. 369.

9. *Bonum autem facientes non fatigemur . . . tempore autem suo metemus.* Marc. V. c. 4. p. 387 sq.

9. Nega creatorem *bonum facere* praecepisse. Marc. V. c. 4. p. 387.

Suo .. tempore, sicut ad Galatas: *Bene autem facientes ne taedeat; tempore enim suo* [3] *metemus.* Resurr. c. 23. p. 255.

Si retributionem praedicat, ab eodem erit et corruptionis *messis* et vitae. Marc. V. c. 4. p. 387.

10. *Dum habemus tem-*

---

14) II. 533. *agant* Rhen. I. Gagn. — 15) *sunt* Gelen. Pam. Rig. *sint in* Rhen. I. Gagn. — 1) II. 286. *seminaverit* Pam. Rig. — 2) I. 795. *bonitati* lib. Clem. Pam. Rig. *bonitatem* reliq. — 3) II. 497. *metemur* Gelen. Pam. Rig.

pus, operemur bonum. Marc. V. c. 4. p. 387.

14. *Mihi . . . mundus crucifixus est . . et ego mundo.* Marc. V. c. 4. p. 388.

12. Certi erant, omnem . . . affectationem *per carnem placendi* deo displicere. Hab. c. 2. p. 38.

[4]Deprehendens . . illos *circumcisionem* vindicantes. Marc. I. c. 20. p. 36.

. . . horum quoque qualitas edita est, *circumcisionem* vindicantium et Iudaicos [5]fastos [Gal. 4, 10]. Marc. IV. c. 3. p. 189.

14. *Mundum* . . quantum ad conversationem eius posuit, *cui* renuntiando mutuo *transfigimur* et invicem morimur; persecutores vocat Christi. Marc. V. c. 4. p. 388.

16. Si . . apostolica [6]integre [7]decucurrerunt, Lucae autem quod est secundum nos, adeo congruit *regulae* eorum, ut cum illis apud ecclesias maneat . . . Marc. IV. c. 5. p. 195.

17. Cum . . adicit, *stigmata Christi in corpore suo gestare* se, utique corporalia competunt: iam non putativam, sed veram et solidam carnem professus est *Christi*, cuius *stigmata corporalia* ostendit. Marc. V. c. 4 ex.

Interim [8]et in illis literis Paulus est, cum *stigmata Christi in corpore suo portat.* Resurr. c. 10 ex.

---

4) II. 69. *reprehendens* Rig. F. Ursinus. — 5) II. 163. *fastos* Gagn. Gelen. Pam. Rig. *fastus* Rhen. I. cod. Pith. *factus* Laurent. — 6) II. 166. *integra* Rig. Latinius. — 7) *decurrerunt* Gelen. Rig. — 8) II. 480. *et* om. Gagn. Gelen.

5. Epistula ad Ephesios.

Dieser Brief steht an der Spitze der fünf allgemeineren Briefe, welche die zweite Klasse der 13 Sendschreiben des Paulus ausmachen und — wie bereits oben erwähnt worden — von jeher in der alten Kirche die Folge hatten: Eph., Philipp., Col., Thess. 1. u. 2. „Ephesus ist das Haupt der Provinz Asien, Philippi das Haupt einer zweiten Provinz Macedoniens; beiden stehen die Gemeinden zweiten Ranges (Colossä und Thessalonich) nach .... Möglich wäre .. dass auch dabei das Alphabet das Detail regulirt habe: a) Hauptgemeinden: Eph. Phil., b) secundäre: Col. Thess.“ *Credner* Gesch. d. neut. Kan. S. 400. — Bei Marcion trug unser jetziger Epheserbrief, welcher in seinem Apostolikon die 7. Stelle einnahm, die Ueberschrift „ad *Laodicenos*“, was Tertullian theils in der Einleitung zu seiner Marc. V. c. 17. 18. p. 448—461 befindlichen antimarcionitischen Besprechung des Briefes, die er mit den Worten beginnt: ‚Ecclesiae quidem veritate epistulam istam *ad Ephesios* habemus emissam, non *ad Laodicenos*, sed Marcion ei titulum aliquando interpolare gestiit, quasi et in isto diligentissimus explorator. Nihil autem de titulis interest, cum ad omnes apostolus scripserit, dum ad quosdam,‘ — theils Marc. V. c. 11. p. 425: ‚Praetereo hic et de alia epistula, quam nos *ad Ephesios* perscriptam habemus, haeretici vero *ad Laodicenos*,‘ worauf er dann sofort Eph. 2, 11 sq. citirt, ausdrücklich erklärt. [Diese beiden Stellen hat schon *Michaelis* (Einl. in d. göttl. Schr. d. N. Bundes. Gött. 1777. II. S. 1085) als Beweise dafür angeführt, dass der Brief an die Epheser gerichtet war, und *Hug* (Einl. in. d. Schr. d. N. T. Tüb. 1808. II. S. 278) hat aus denselben gefolgert, dass die Worte *ἐν Ἐφέσῳ* ursprünglich nicht im Texte Eph. 1, 1 gestanden haben konnten, da sich sonst die Aufschrift „ad *Laodicenos*“ aus dem Briefe widerlegt haben würde oder Marcion auch die Worte im Texte selbst hätte ändern müssen, was

ihm aber Tertullian, der nicht gewohnt sei ihm etwas zu übersehen, gar nicht vorgeworfen habe.] Ausserdem erwähnt Tertullian diesen Brief Marc. III. c. 5. p. 128. Monog. c. 5 in. Resurr. c. 40. p. 287. Pudic. c. 17. p. 416 und c. 18. p. 419.

Cap. I.

9. 10. *Secundum boni existimationem, quam proposuerit in sacramento voluntatis suae in dispensationem adimpletionis temporum,* ut ita dixerim, sicut verbum illud in Graeco sonat, *recapitulare*, id est, ad initium redigere vel ab initio recensere, *omnia in Christum quae in caelis et quae in terris.* Marc. V. c. 17. p. 448.

Quid in terris egit iam olim, ut longa aliqua *temporum adimplendorum dispensatio* reputetur *ad recensenda omnia in Christo,* etiam *quae in caelis?* Marc. V. c. 17. p. 449.

Dicit et apostolus scribens ad Ephesios, *deum proposuisse in semetipso ad dispensationem adimpletionis temporum, ad caput,* id est ad initium, *reciprocare universa in Christo, quae sunt super caelos et super terras in ipso.* ... Et [1] adeo *in Christo omnia* [2]*revocantur ad initium,* ut et fides reversa sit a circumcisione ad integritatem [3]carnis il-

1) I. 767. *a deo* Rhen. I. Gagn. — 2) *revocarentur* Rhen. I. Gagn. — 3) *carnis* om. Rhen. I. Gagn.

lius, sicut ab *initio* fuit, et [4]libertas ciborum et sanguinis solius abstinentia, sicut ab *initio* fuit, et matrimonii individuitas, sicut ab *initio* fuit, et repudii cohibitio, [5]quod ab *initio* non fuit, et postremo totus homo in paradisum [6]revocatur, ubi ab *initio* fuit. Monog. c. 5. p. 141 sq.

10. Si .. secundas nuptias [7]permittit, quae ab *initio* non fuerunt, quomodo affirmat *omnia ad initium recolligi in Christo?* Monog. c. 11. p. 157.

12. Sequentia quem renuntiant Christum, cum dicit: *Ut simus in laudem gloriae nos qui praesperavimus in Christum?*

.. Qui enim *praesperasse* poterunt i. e. *ante sperasse in deum* quam venisset, nisi Iudaei, quibus Christus praenuntiabatur ab initio? Qui ergo praenuntiabatur, ille et *praesperabatur.* Atque adeo hoc ad se, id est ad Iudaeos, refert, ut distinctionem faciat, conversus ad nationes:

13. *In quo et vos, cum audissetis sermonem veritatis, evangelium, in quo credidistis et signati estis spiritu promissionis eius sancto.* Marc. V. c. 17. p. 449.

15. 16. Et illas (ecclesias) recognoscant, *de quarum fide* ... et conversatione apostolus gaudet et deo *gratias agit* ... Age nunc omnes erraverint, deceptus sit

4) *libertas ciborum et* om. Rhen. I. Gagn. — 5) *quae* Rhen. I. — 6) *revocaretur* Gagn. — 7) I. 778. *permittit* lib. Clem. Pam. Rig. *remittit* reliq. *admittit* Rhen. I. in marg.

et apostolus de testimonio reddendo [8] quibusdam .. Praescr. c. 27 sq. p. 33.

17. Apostolus scribit: *Uti deus domini nostri Iesu Christi det vobis spiritum sapientiae et agnitionis.* Prax. c. 28 ex.

17. Et *pater gloriae* ille est... Ab illo *spiritus sapientiae* optatur. Marc. V. c. 17. p. 450.

18—20. Ille dabit *illuminatos cordis oculos* ... apud illum sunt et *divitiae haereditatis in sanctis* ... Ille *inoperatus* est *in Christum valentiam suam,* . . . . . .

20. 22. *suscitando eum a mortuis et collocando eum ad dexteram suam et subiciendo omnia.* Marc. V. c. 17. p. 450.

Cap. II.

1. 2. Dicit *illos delictis mortuos,* [1] *in quibus ingressi erant* ..

2. *secundum aevum mundi huius, secundum principem potestatis* [2] *aëris, qui operatur in filiis incredulitatis.* . . . . . .

.. Nec *princeps potestatis aëris* dicetur, qui est *princeps potestatis* saeculorum... Sed nec *incredulitatis operator* videri potest quem ipse potius [3] et a Iudaeis et a nationibus patitur. . . . Ille qui ipsi creatori *filios incredulitatis* obstruit, *aëre* isto [4] potitus. Marc. V. c. 17. p. 450 sq.

1—3. Et in Iudaismo *conversatus* [5] *fuerat apostolus.* Non quia interposuit de *delictis:*

8) II. 25. *quibusdam* om. Agob. Rig. — 1) II. 324. *non in* Rhen. I. — 2) *aëris huius qui* Pam. Rig. — 3) *et* om. Gelen. — 4) *potius* Rhen. I. Gagn. — 5) *fuerat* om. Pam. Rig. Reposuerunt Latin. et Iunius.

3. *In quibus et nos omnes conversati sumus,*.

. . ideo *delictorum* dominum et *principem aëris* huius creatorem praestat intellegi, sed quia in Iudaismo unus fuerat de *filiis incredulitatis*, diabolum [6] habens *operatorem*, cum persequeretur ecclesiam et Christum creatoris: propter quod —

Et [7] *iracundiae filii* [8] *fuimus*, inquit, sed *natura.*

. . Ne quia *filios* appellavit Iudaeos creator, argumentetur hoc haereticus dominum *irae* creatorem. Cum enim dicit:

Fuimus natura filii iracundiae, ...

. . creatoris autem non *natura sunt filii* Iudaei, sed allectione patrum, *irae filios* ad *naturam* retulit, non ad creatorem, ad summam subiungens:

Sicut et caeteri, ...

. . qui utique filii dei non sunt. Marc. V. c. 17. p. 451 sq.

Proinde et Ephesiis pristina reputans de futuro monet: *In quibus et nos conversati sumus, facientes concupiscentias et* [9] *voluptates carnis.* Pudic. c. 17. p. 416.

Filii irae non fient filii pacis. Hermog. c. 12. p. 95.

Dicit: *Fuimus aliquando natura filii irae.* Anim. c. 16. p. 241.

Apostolus scribens: . . . *Fuimus et nos aliquando natura filii irae.* Anim. c. 21. p. 256.

10. *Ipsius*, inquit, *sumus factura, conditi in Christo.* Marc. V. c. 17. p. 452.

10. Quantum . . ad substantiam, *fecit;* quantum ad gratiam, *condidit.* Marc. V. c. 17. p. 452.

---

6) II. 325. *habentis* Rhen. I. — 7) *nos irac.* Gorz. — 8) *sumus* Gorz. — 9) I. 831. *voluntates* Fr. Iunius.

Secundum quod et supra: *Ipsius enim factura sumus, conditi in Christo* .. Marc. V. c. 17. p. 454.

11—13. Inspice et cohaerentia: *Memores, vos aliquando nationes in* [10] *carne, qui* [11] *appellabamini praeputium ab ea quae dicitur circumcisio in carne manu facta, quod essetis illo in tempore sine Christo, alienati a conversatione Israelis et peregrini testamentorum et promissionis eorum, spem non habentes et sine deo in mundo ... At nunc,* inquit, *in Christo vos, qui eratis longe, facti estis prope in sanguine eius.* Marc. V. c. 17. p. 452.

14. *Itaque ipse est,* inquit, *pax nostra, qui fecit duo unum,* . . . . . .

14. 15. *Quod prope et quod longe, soluto medio pariete inimicitiae in carne sua.* . . . . . .

15—20. *Legem praeceptorum sententiis vacuam fecit ... ut duos conderet in semetipso ... in unum novum hominem,*

11. 12. Ait . . *meminisse nationes, quod illo in tempore,* cum *essent sine Christo, alieni ab Israele, sine conversatione et testamentis et spe promissionis,* etiam *sine* [12] *deo essent in mundo.* Marc. V. c. 11. p. 425.

12. 13. *Conversationi Israelis,* quae est in religione dei creatoris et *testamentis* et *promissioni* et ipsi *deo* eorum *proximi sumus facti in Christo.* Marc. V. c. 17. p. 453.

. . Iudaicum scilicet populum et gentilem . . . . . .

. . Sed Marcion abstulit ‚*sua*', ut *inimicitiae* daret *carnem* quasi *carnali* vitio, non Christo aemulae. Marc. V. c. 17. p. 453 sq.

10) II. 325. *carne fuisse qui* Pam. Rig. — 11) *appellamini* Rhen. I. *appellabimini* legitur apud Oehl. — 12) II. 309. *deo* Pam. Rig. *domino* reliq.

faciens pacem ... ut reconciliet ambos deo ... in uno corpore, inquit, *cum interfecisset inimicitiam in eo per crucem ... Hoc itaque annuntiante pacem eis qui prope, et eis qui longe, accessum consecuti simul ad patrem. Iam non sumus peregrini nec advenae, sed concives sanctorum, sed domestici dei ... superaedificati super fundamentum apostolorum.* Abstulit haereticus: *et prophetarum, ...*

19. In *domesticos dei* nihil illi (diabolo sc.) licet ex propria potestate. Fug. c. 2. p. 176.

. . oblitus dominum posuisse in ecclesia, sicut *apostolos* ita et *prophetas.* Timuit scilicet ne et *super* veterum *prophetarum fundamenta aedificatio* nostra constaret in *Christo* ... Unde .. accepit, *summum lapidem angularem* dicere *Christum* ...? Marc. V. c. 17. p. 454 sq.

20. 21. *Lapides* . . sunt et *fundamenta*, *super quae nos aedificamur*, *exstructi* secundum Paulum *super fundamentum apostolorum*, qui lapides sancti oppositi omnium offensui volutabant. Marc. IV. c. 39. p. 350.

Femina ... quae et *templo* dedita satis in semetipsa portendebat, quales spiritali *templo*, id est ecclesiae, debeant adhaerere .... Petrum ... monogamum praesumo per ecclesiam, quae *super illum aedificata* ... [Mt. 16, 18.] Monog. c. 8. p. 149.

Cap. III.

3. 4. Crediderat (Paulus) et omnia *sacramenta cognoverat.* [1 Cor. 13, 2.] Resurr. c. 23. p. 255.

7—9. De manibus haeretici [1]praecidentis non miror si syllabas subtrahit, cum paginas totas plerumque [2]subducit. *Datam* inquit *sibi* apostolus *gratiam novissimo omnium illuminandi omnes,*

9. *quae dispensatio sacramenti occulti ab aevis in deo, qui omnia condidit;* . . . . . .

. . rapuit haereticus *in* praepositionem et ita legi fecit:

occulti ab [3]*aevis deo, qui omnia condidit.* . . . . . .

. . Sed emicat falsum. Infert enim apostolus:

10. *Ut nota fiat principatibus et potestatibus* [4]*in supercaelestibus per ecclesiam* [5]*multifaria sapientia dei.* Marc. V. c. 18 in.

9. 10. Quando nec *potestates* sine suo principe potuissent quid *cognoscere* . . . ergo et *occultatum sacramentum principatibus et potestatibus* eius, *qui omnia* [6]*condidit*, pronuntiasset, proinde in illis deputans illum. Quodsi *illis* dicit *occultatum,* [7]illi debebat dixisse manifestum: ergo non *deo* erat *occultatum,* sed *in deo omnium conditore, occultum* autem *principatibus et potestatibus* eius... Hic captus haereticus fortasse [8]mu-

1) II. 326. *praecidendis? Non* etc. Rhen. I. *praecidendis non* etc. Gagn. Gelen. *praecidentis non m. s. subtrahi* Latinius. *praecidentes? Non m. si s. subtrahit* Fr. Iunius. — 2) *subducat* Rig. Latin. — 3) *acvi* Rhen. I. — 4) *insuper coelestibus* Rhen. I. Gagn. — 5) *multivaria* Vatic. — 6) *condit* Rhen. I. Gagn. Gelen. Pam. — 7) *illi* Rig. Fr. Iunius. *ille* Rhen. I. *illis* reliq. — 8) *mutabit* Fr. Iunius.

11. . . . *secundum praefinitionem.* Monog. c. 2. p. 135.

tavit, uti dicat, *deum* suum suis *potestatibus et principatibus notam facere* voluisse *dispensationem* sui *sacramenti*, quam ignorasset *deus conditor omnium.* Marc. V. c. 18. p. 456.

16. 17. Apostolus *interiorem hominem* non tam animam, quam mentem atque animum intellegi mavult, id est, non substantiam ipsam, sed substantiae saporem. Siquidem Ephesiis scribens:

17. 18. *In interiorem hominem habitare Christum,* . . . . . .

. . sensibus utique [9]intimandum dominum significavit. Denique adiunxit:

Per fidem et *in cordibus vestris* et *in dilectione,* . . . . . .

. . *fidem* quidem et *dilectionem* non substantiva animae ponens, sed conceptiva; *in cordibus* autem dicens, quae substantiva sunt carnis, iam et ipsum *interiorem hominem* carni deputavit, [10]quem in *corde* constituit. Resurr. c. 40. p. 287.

Cap. IV.

4—6. Non possumus respuere consuetudinem, quam damnare non possumus, utpote non extraneam, quia non extraneorum, cum quibus scilicet [1]communicamus ius pacis et nomen fraternitatis. *Una* nobis et illis *fides, unus deus*, idem Christus, *eadem spes*, eadem *lavacri* sacramenta,

9) II. 517. *initiandum* Rig. — 10) *quam* legitur ap. Seml. et Leop. — 1) I. 885. *communicavimus* Laurent.

semel dixerim, una ecclesia sumus. Ita nostrum est quodcunque nostrorum est. Virg. c. 2. p. 4.

5. *Unus* omnino *baptismus* est nobis .... ex apostoli literis, quoniam [2]*unus dominus* et *unum* [3]*baptismum* et una ecclesia in caelis. Bapt. c. 15. p. 202.

Habemus illum (apostolum sc.) alicubi *unius baptismi* definitorem. Marc. V. c. 10. p. 414.

8. *Captivam*, inquit, *duxit captivitatem.* Marc. V. c. 18. p. 457.

Ascendit in sublimitatem, id est in caelum, *captivam duxit captivitatem*, ...

. . id est mortem vel humanam servitutem,

[4]*dedit data filiis hominum*, ...

. . id est donativa quae charismata dicimus. Marc. V. c. 8. p. 406.

9. Nec ante *ascendit* in sublimiora caelorum, quam *descendit in inferiora terrarum*, ut illic patriarchas et prophetas compotes sui faceret. Anim. c. 55. p. 324 sq.

Filius *ascendit* in superiora caelorum, qui *et descendit in inferiora terrae.* Prax. c. 30. p. 266 sq.

15. Sanguine [5]empti, sanguine numerati, nullum nummum pro capite debemus, quia *caput* nostrum *Christus* est. Fug. c. 12. p. 195.

18. 19. Notans .. illos *qui se*

---

2) I. 633. *unus dominus et* Pam. Latin. Harrisius. *unus deus et* Rig. F. Ursinus. — 3) *baptismum* Gagn. Gelen. Pam. *baptisma* Rig. Fulv. Ursinus, G. Scioppius. — 4) II. 297. *data dedit* Rig. — 5) I. 487. *munerati* Gelen. Latinius.

20. *Vos autem*, inquit, *non sic didicistis Christum.* Pudic. c. 17. p. 416.

25. 26. . . . a quibus (prophetis sc.) et mandata (apostolus sumsit): *Deponentes mendacium loquimini veritatem ad proximum* [7] *suum quisque . . Irascimini et nolite delinquere . . . sol* [8] *non* [9] *occidat super iracundiam vestram.* Marc. V. c. 18. p. 457 sq.

negassent, scilicet Christianos, [6]eo quod *se tradidissent in operationem immunditiae omnis:*

24. Hanc incorruptibilitatem habemus super*induere* ad *novum hominem.* Cult. c. 6 ex.

Incedentes *in sanctitate et iustitia et veritate.* Resurr. c. 49. p. 311.

25—29. Per carnem, cuius est et *os ad proferendum optimum quemque sermonem* et lingua *ad non blasphemandum* et cor *ad non indignandum* et *manus ad operandum* et *largiendum.* Resurr. c. 45. p. 299.

26. *Irasci et non delinquere* [Ψ. 4, 5.] i. e. in ira non perseverare sive saevire. Marc. II. c. 19. p. 98.

Sol super iram nostram si *occiderit*, periclitamur; non licet nobis una die sine patientia manere. Pat. c. 12. p. 96.

Cui . . non [10]accidit aut *irasci* inique et *ultra solis occasum*...? Pudic. c. 19. p. 426.

Si *irascendum* est, *non ultra solis receptum*, ut apostolus admonet. Orat. c. 11.

27. Cum admonet, *ne locum malo demus*, non fugae suggerit consilium, sed *iracundiae* docet temperamentum. Fug. c. 9. p. 187.

Differentes etiam negotia, *ne*

---

6) I. 831. *eo quod* lib. Clem. Pam. Rig. *gratia quod* Gagn. *gratia, eo quod* Gelen. — 7) II. 328. *suum* om. Rhen. I. Gagn. Gelen. — 8) *ut non* Rhen. I. Gagn. Gelen. — 9) *excidat* Rhen. I. — 10) I. 838. *accidet* al.

quem *diabolo locum demus.* Orat. c. 23.

28. Iterum sic dicit: *Qui furabatur, iam non furetur.* Pudic. c. 17. p. 416.

28. Inter carnis alimenta .. quae vobis .. singuli fratres de opibus suis propriis in carcerem subministrant ... Mart. c. 1 in.

29. Nec verbo pollui volens: *Omnis*, inquit, *sermo turpis non procedat ex ore vestro.* Pudic. c. 17. p. 416.

30. *nolite contristare spiritum sanctum,* ....

30. In primis ergo, benedicti, ... qui [11]vobiscum introiit carcerem. Mart. c. 1. p. 65.

Spiritum .. quem a [12]domino sumpsit, saecularis rei gratia *concutit.* Pat. c. 7. p. 88.

30. 31. Deus praecepit, *spiritum sanctum* utpote pro naturae suae bono tenerum et delicatum tranquillitate et lenitate et quiete et pace tractare, non *furore*, non *bile*, non *ira*, non *dolore* inquietare. Spect. c. 15 in.

32. Filios dei *misericordes* et pacificos esse oportebit, *donantes invicem sicut et* Christus *donavit nobis.* Pudic. c. 2. p. 368.

22—32. Rursus alia caecitate in duos *homines* inpingunt, in *veterem* et in *novum*, monente apostolo, *deponere nos veterem hominem, qui corrumpitur per concupiscentiam seductionis, renovari autem* [13]*spiritu sensus et induere novum hominem qui secundum deum conditus est in iustitia et religione veritatis:* ut et hic ad

11) I. 4. *nobiscum* Magliab. Laurent. — 12) I. 601. *deo* Magliab. — 13) II. 524. *spiritu sensus* Vind. Leid. 3 Vatic. Rhen. I. Gagn. Pam. Rig. *sensu spiritus* Gagn. in marg. Gelen.

duas substantias distinguendo *vetustatem* ad carnem, *novitatem* ad animam, *corruptionem* perpetuam *veteri* [14]defendat i. e. carni. Porro si secundum substantias, nec anima *novus homo*, quia posterior, nec caro ideo *vetus*, quia prior. Quantulum enim temporis inter manum dei et [15]adflatum? ausim dicere, etiam si multo prior anima [16]quam caro, eo ipso quod anima impleri se exspectavit, priorem eam fecit. Omnis enim consummatio atque perfectio, etsi ordine postumat, effectu [17]tamen anticipat ... Sed apostolus *veterem hominem* manifeste notat.

22. [18]*Exponentes enim*, inquit, *secundum pristinam conversationem veterem hominem*, ...

. . non secundum alicuius substantiae senium. Neque enim carnem praecipit *deponamus*, sed quae et alibi carnalia ostendit, opera non corpora accusans, de quibus et hic subicit:

25—32. *Deponentes mendacium loquimini veritatem unusquisque ad proximum suum, quoniam membra alterutrum sumus. Irascimini autem et nolite delinquere. Sol non occidat super iracundiam vestram.* [19]*Neque dederitis* [20]*locum diabolo. Qui* [21]*furabatur, iam non*

---

14) *defendant* Gagn. Gelen. — 15) *ad flatum* Seml. Leop. *adflatum* reliq. — 16) *quam* om. Rhen. I. — 17) *tamen* om. Rhen. I. Gagn. Gelen. Addidit de cod. Io. Clem. primum Pamelius. — 18) II. 525. *exponens* Gelen. *exponentes* Pam. *expone* reliq. — 19) *ne* Gelen. — 20) *locum diabolo* Gelen. Pam. Rig. — 21) *furatur* Rhen. I.

furetur, immo potius laboret operando manibus, uti habeat impartire indigenti. Omnis sermo turpis non procedat ex ore vestro, sed [22] *si quis optimus ad aedificationem fidei, ut gratiam audientibus praestet. Et nolite contristare spiritum dei sanctum, in quo signati estis in redemptionis die. Omnis amaritudo et ira et clamor et blasphemia* [23] *et indignatio auferatur a vobis cum omni malitia. Estote autem in alterutrum benigni, misericordes, donantes invicem, sicut et deus vobis donavit in Christo. . . . . .*

22—32. Igitur qui carnem *veterem hominem* existimant, cur non mortem sibi properant, ut *vetere homine deposito* praeceptis apostoli occurrant? Nos enim, qui totam fidem in carne administrandam credidimus, immo per carnem .... tam *vetutastem hominis* quam *novitatem* ad moralem, non ad substantialem differentiam pertinere defendimus. Atque ita pariter agnoscimus *hominem* qui *secundum pristinam conversationem vetus* fuerit, eundem et *corrumpi*, ita dictum *secundum concupiscentiam seductionis*, quemadmodum et *veterem secundum pristinam conversationem*, non secundum carnem per

22) *qui sit* Gagn. Rig. Gorz. *quis* Rhen. I. *qui* Rhen. I. in marg. *si quis* Gelen. Pam. — 23) *et indignatio* om. Rhen. I. Gagn. Gelen. Addidit de libr. Io. Clem. primum Gagneius.

interitum perpetuum; caeterum carne tam salvum quam eundem, utpote vitiosam disciplinam, non corpulentiam exutum. Resurr. c. 45. p. 297—300.

Cap. V.

2. Vos *odor* estis *suavitatis.* Mart. c. 2. p. 67.

3. Similiter [1] *impudicitiam omnem* [2] amoliri iubemur. Spect. c. 17 in.

3. 5. 6. *Fornicatio autem et immunditia omnis ne nominetur quidem inter vos, sicut decet sanctos... hoc scientes quod omnis fornicator aut immundus non habeat dei regnum. Nemo vos seducat inanibus verbis. Propter hoc venit ira dei super filios incredulitatis. . . . . .*

. . Quis *seducit inanibus verbis,* nisi qui concionatur, remissibilem esse moechiam? non intuens etiam fundamenta eius ab apostolo [3] effossa. Pudic. c. 17. p. 416.

3—7. Quodsi nobis *omnis impudicitia* exsecranda est, cur liceat audire [4] quae loqui non licet, cum etiam *scurrilitatem* et omne *vanum verbum* [5] iudicatum a deo sciamus? Cur aeque liceat videre quae facere flagitium est? Spect. c. 17 ex.

---

1) I. 47. *impudicitiam* Gagn. Gelen. Pam. *nec impud.* Agob. Gagn. in marg. Rig. — 2) *amoliri* Gagn. Gelen. Pam. *amare* Agob. Gagn. in marg. Rig. *amandare* Oehl. — 3) I. 831. *effusa* Gagn. — 4) I. 48. *quod* Agob. — 5) *iudicatum iri* Fulv. Ursin.

7. 8. Ad Ephesios: *Nolite ergo participes esse eorum. Fuistis enim aliquando tenebrae.* Pudic. c. 18. p. 419.

8. Apostolus scribens: *Eratis et vos aliquando tenebrae.* Anim. c. 21. p. 256.

8. Nos . . sumus . . . *luminaria.* Coron. c. 8. p. 350.

Lucere in mundo Christianos oportebat *ut filios lucis* [Mt. 5, 16], *lumen* mundi unum et deum et *dominum* colentes et nominantes. Prax. c. 13. p. 217.

Qui [6] lucere nos iubet *velut filios lucis*, non iubet fuga abscondi ut filios *tenebrarum.* [1 Thess. 5, 5.] Fug. c. 9. p. 187.

11. Apostolus . . *Nolite communicare operibus tenebrarum.* Pudic. c. 18. p. 420.

Nolite communicare operibus tenebrarum. Marc. V. c. 18. p. 458.

11. Quid . . docebat? *Non communicandum operibus tenebrarum.* Pudic. c. 21 in.

11. 12. Et adhuc pressius: *Nolite communicare operibus infructuosis tenebrarum, immo et revincite ea. Quae enim in occulto ab eis fiunt, turpe est* [7] *edicere.* Pudic. c. 18. p. 419.

16. 17. Si *redimendum tempus* dicit, *quia dies nequam sunt*, non per fugam, [8] sed per sapientiam conversationis lucrari nos vult commeatum. Fug. c. 9. p. 187.

18. Sicut et hic: *Et* [9] *nolite inebriari vino, in quo est luxuria.* Pudic. c. 17 ex.

18. Sic et *inebriari vino* [10] dedecori . . est. Marc. V. c. 18. p. 458.

6) I. 477. *lucere* Pam. Rig. *lugere* Rhen. I. *fulgere* Gagn. Gorz. *fugere* Gelen. — 7) I. 833. *dicere* Gelen. *et dicere* coniicere licet. — 8) I. 477. *sed* om. Rhen. I. Gagn. Gelen. — 9) I. 831. *noli te* Gelen. — 10) II. 328. *dedecor* Rig.

19. *Psalmis et hymnis deo* [11] *canere* docere illius est qui ... Marc. V. c. 18. p. 458.

Post aquam manualem et lumina, ut quisque de scripturis sanctis vel de proprio ingenio potest, provocatur in medium *deo canere:* hinc probatur quomodo biberit. Apol. c. 39. p. 96.

22. *Mulieres viris subiectas esse* debere, unde confirmat?

23. *Quia vir*, inquit, *caput est mulieris ... sicut et Christus caput est ecclesiae.* Marc. V. c. 18. p. 458.

Caput mulieris vir est. Virg. c. 7 in.

25—27. Haec [12] consultata sunt *Christi ecclesiam diligentis,* qui *se pro ea tradidit, uti eam sanctificet, emundans lavacro aquae in verbo,* [13] *ut sistat sibi ecclesiam gloriosam, non habentem maculam aut rugam ... sed sit sancta et sine opprobrio.* Pudic. c. 18. p. 419.

28. 29. Dicit: *Carnem suam diligit qui uxorem* [19] *suam diligit, sicut et Christus ecclesiam.* Marc. V. c. 18. p. 458.

Nemo, inquit, *carnem suam odio habet ... sed et nutrit et fovet eam,*

25—32. Monogamus [14] occurrit in spiritu, unam habens *ecclesiam* sponsam secundum [15] Adam et Evae figuram, [16] quam apostolus [17] in illud *magnum sacramentum* interpretatur *in Christum et ecclesiam,* [18] competisse carnali monogamiae per spiritalem. Monog. c. 5. p. 143.

Adam .. in psychicum reversus post ecstasin spiritalem, in qua *magnum* illud *sacramentum in Christum et ecclesiam* prophetaverat, .. facilius ventri quam deo cessit. Ieiun. c. 3. p. 394.

At tu solus *eam odisti*, auferens illi resurrectionem: *odisse* debebis et *ecclesiam*, quia proinde

---

11) *canerent* Rhen. I. — 12) I. 833. *consulta* edd. Seml. et Leop. — 13) *et* Gagn. — 14) I. 768. *occurrit* 3 Vatic. Pam. Rig. *incurrit* reliq. — 15) *Adam et Evae* om. Rhen. I. Gagn. — 16) *in qua* F. Ursinus. — 17) *in* om. Rhen. I. Gagn. — 18) *competentes* Rhen. I. Gagn. — 19) II. 328. *suam* om. Rhen. I. Gagn. Gelen.

sicut [20] *et Christus ecclesiam.* Marc. V. c. 18. p. 459.

31. Adam statim prophetavit magnum illud sacramentum in Christum et ecclesiam ... *Propter hoc relinquet homo patrem et matrem et adglutinabit se* [25] *uxori suae et erunt duo in* [26] *unam carnem.* Anim. c. 11. p. 232. (Cast. c. 5. Monog. c. 4 in.)

31. 32. *Propter* [27] *hoc relinquet homo patrem et matrem et erunt duo in* [28] *carnem unam. Sacramentum hoc magnum est ... Ego autem dico,* inquit, *in Christum et ecclesiam.* Marc. V. c. 18. p. 459.

Prophetavit magnum illud sacramentum in Christum et ecclesiam: Hoc os ex ossibus meis et caro ex carne mea vocabitur mulier [Gen. 2, 23]. *Propterea relinquet homo patrem et matrem et adglutinabitur mulieri suae et erunt duo in* [30] *carnem* [31] *unam.* Anim. c. 21 in.

diligitur a Christo. Atenim *Christus amavit* et *carnem,* sicut *ecclesiam.* Nemo non *diliget* imaginem quoque sponsae, immo et servabit illam et honorabit et coronabit: habet similitudo cum [21] veritate honoris consortium. Laborabo ego nunc eundem deum probare masculi et [22] Christi, *mulieris* [23] et *ecclesiae, carnis* et spiritus, ipso apostolo sententiam creatoris adhibente, immo et [24] disserente:

31. Vere *duo in carne una;* ubi *caro una,* unus [29] et spiritus. Ux. II. c. 9.

31. 32. Suggerens Ephesiis, quod in primordio de *homine* praedicatum est, *relicturo patrem et matrem* et *futuris duobus in unam carnem,* id se *in Christum et ecclesiam* agnoscere. Marc. III. c. 5 ex.

---

20) *et* om. Rhen. I. Gagn. Gelen. Supplevit Pamel. ex utroq. Vatic. — 21) II. 329. *veritate honoris* Rig. F. Ursinus. *veritatis honore* reliq. — 22) *Christum* Rhen. I. — 23) *et* om. Rhen. I. — 24) *differente* Rhen. I. *deferente* Gagn. in marg. — 25) II. 573. *mulieri* Agob. — 26) *carnem unam* Rig. — 27) *hoc* Pam. Rig. *hanc* reliq. — 28) *carnem unam* Pam. Rig. *carne una* Rhen. I. Gagn. Gelen. — 29) I. 696. *est* Agob. — 30) II. 589. *carne* Agob. — 31) *unam* om. Agob.

Cap. VI.

1. *Obaudiant* et *parentibus filii.* Nam etsi Marcion abstulit:

2. *Hoc est enim primum in promissione praeceptum*, lex loquitur:

Honora patrem et matrem, et:

4. *Parentes, enutrite filios in disciplina et correptione domini.* Marc. V. c. 18. p. 460.

1—3. Et pater et mater [1]diligentur cum deo, non comparabuntur. Scorp. c. 14 ex.

11. 12. Cum supra quidem *induere nos* iubeat *armaturam*, *in qua stemus ad machinationes diaboli*, iam ostendit *diaboli* esse quae *diabolo* subiungit, *potestates* et *munditenentes tenebrarum istarum.* Marc. V. c. 18. p. 460.

Adversus munditenentes luctatio sit nobis. Ibid.

Nec *spiritalia* autem *nequitiae* ideo creatorem [2]significabant, quia adiecit ‚*in caelis*'. Sciebat enim et apostolus *in caelis* operata esse *spiritalia nequitiae* angelorum scandalizatorum in filias hominum. Marc. V. c. 18 ex.

Agnoscamus *ingenia diaboli*, idcirco quaedam de divinis [3]affectantis, ut nos de suorum fide confundat et iudicet. Coron. c. 15 ex.

11—17. Agnosce et spolia figurata, cuius et *arma* [4]allegorica didicisti. Figurate itaque . . . apostolo scribente . . . Marc. III. c. 14 ex.

---

1) I. 533. *diligenter* Pam. *deligentur* Agob. — 2) II. 330. *significabant* Vatic. Pam. Rig. *significabunt* Rhen. I. Gagn. Gelen. Fr. Iunius. — 3) I. 457. *affectantem* Laurent. Rhen. I. — 4) II. 141. *allegorice* Rhen. I.

Bonum militem Christo imperatori suo praestat, qui tam *plene* ab apostolo *armatus* ... Fug. c. 10 in.

12. Et dominus quidem illum redemit ab angelis, *munditenentibus potestatibus*, a *spiritalibus nequitiae*, a *tenebris huius aevi*. Fug. c. 12. p. 192.

[5]Haec sunt *ingenia* de [6]*spiritalibus nequitiae*, cum quibus *luctatio est nobis*, fratres. Praescr. c. 39 in.

. . et ideo neque a *diabolo* immissa esse *spiritalia nequitiae*. Praescr. c. 40.

Quale est . . ut *diabolo* semper operante et adiciente cottidie ad *iniquitatis ingenia* opus dei aut cessaverit aut [7]proficere destiterit? Virg. c. 1. p. 2.

Christianos, qui *spiritalia nequitiae* non quidem socia conscientia, sed inimica scientia novimus. Anim. c. 57 in.

Et per istas *caligines* sequemur *nequitiam* et in lucem extrahemus *ingenia tenebrarum*. Marc. II. c. 20 in.

Scimus . . . figurate scorpios et colubros portendi *spiritalia malitiae*. Marc. IV. c. 24. p. 286.

Operatio eorum (daemonum) est hominis eversio; sic *malitia spiritalis* a primordio auspicata est in hominis exitium. Apol. c. 22. p. 62.

Luctati revera *non adversus carnem et sanguinem*, *sed adver-*

---

5) II. 36. *erant* Agob. Rig. *haec sunt* reliq. — 6) *spiritibus* Gagn. in marg. — 7) I. 884. *perficere* Laurent.

sus spiritalia nequitiae. Fug. c. 1. p. 173.

Quibus *non est luctatio adversus carnem et sanguinem, sed adversus mundi* [8]*potestates, adversus spiritalia malitiae.* Ieiun. c. 17 ex.

Conculcavit iam inimicos, etiam nunc *luctari* habens *cum mundipotentibus.* Resurr. c. 22 ex.

Diabolum . . . *munditenentem* appellant. Valent. c. 22.

12. 17. *Ensem* . . . infestum diabolo, armantem nos *adversus* hostes *spiritales nequitiae.* Marc. III. c. 14. p. 151.

14—17. Nunc [9]russatus [10]sanguinis sui spe, *calceatus de evangelii paratura, succinctus* acutiore verbo dei, *totus* de apostolo *armatus* (v. 11. 13) et de martyrii [11]candida melius *coronatus* donativum Christi in carcere exspectat. Coron. c. 1. p. 338.

Habes communem magistrum Paulum, *praecingentem lumbos nostros veritate et lorica iustitiae et calceantem nos* [12]*praeparatione evangelii pacis,* non belli, *assumere iubentem scutum fidei, in quo* [13]*possimus omnia diaboli ignita tela exstinguere, et galeam salutaris et gladium spiritus,*

17. *quod est,* inquit, *dei sermo.* Marc. III. c. 14. p. 151 sq.

16. Haec erunt *ignea iacula*

8) I. 879. *potentes* Latinius. — 9) I. 417. *russatus* Gagn. Gelen. Pam. Rig. Latinius. *rufatus* Agob. Rhenanus. *rufatu* Laurent. Rhen. I. Magliab. — 10) *sanguine suo* Gagn. Gelen. Pam. — 11) *candida mel. coronandus* Rig. Ursinus. *candida mel. coronatus* Rhen. I. Magliab. Latinius. *candida, laurea mel. coronatus* Gagn. Gelen. Pam. Gorz. — 12) II. 141. *praeparationem* 2 Vatic. Pam. Rig. — 13) *possumus* Gelen. Pam.

diaboli, per quae *fidei* ustio et conflatio administratur, ex dei tamen voluntate. Fug. c. 3.

Arma quoque demonstrat, quae fugituris non essent necessaria, inter quae et *clypeum*, —

16. *clypeum, quo possitis tela diaboli exstinguere.* Fug. c. 9. p. 187.

Quid alieno uteris *clypeo*, si ab apostolo armatus es? Resurr. c. 3 med.

Operarius ille victoriae dei, retusis omnibus *iaculis* temptationum *lorica clypeoque* patientiae ... Pat. c. 14 ex.

18. De temporibus orationis nihil omnino praescriptum est nisi plane *omni in tempore* et loco *orare*. Orat. c. 23.

19. 20. Qui in *caetenis* iam constitutus ob libertatem praedicationis *constantiam manifestandi sacramenti in apertione oris*, quam ibi expostulare a deo mandabat, ecclesiae utique praestabat. Marc. V. c. 18 ex.

---

4. Epistula ad Philippenses.

Tertullian erwähnt diesen Brief Resurr. c. 23: .. de mercede, ad quam pendens et ipse (Paulus), cum *Philippensibus* scribit: Si qua, inquit ... c. 47: .. in caelum, ubi nostrum municipatum *Philippenses* quoque ab apostolo discunt. Scorp. c. 13: *Philippensibus* .. de vinculis scribens utique beatos adfirmavit ... Gegen Marcion aber polemisirend erläutert er denselben im Auszuge Marc. V. c. 20. p. 466—470.

Cap. I.

3—7. Illas (ecclesias) recognoscant, de quarum *fide* et scientia et conversatione apostolus gaudet et *deo gratias agit.* Praescr. c. 27.

7. Illos . . . qui cum maxime de *vinculis* vel insulis, quibus ob confessionem . . . nominis continebantur, ad ecclesias scribebant. Fug. c. 9 in.

14—17. *Praedicationis* enumerat varietatem, quod *alii* ex *fiducia vinculorum eius audentius sermonem enuntiarent, alii per invidiam et contentionem, quidam vero et per* [1]*boni existimationem,* plerique *ex dilectione, nonnulli ex aemulatione,* iam aliqui et ex *simultate Christum praedicarent.* Marc. V. c. 20 in.

18. *Nihil mea,* inquit, *sive caussatione sive veritate Christus annuntietur,* . . . . quia unus *annuntiabatur, sive ex caussatione sive ex veritate* fidei. Marc. c. 20 in.

20. *Ut,* quomodo ait apostolus, *magnificetur deus in corpore vestro.* Cult. c. 11.

23. *Cupio,* inquit apostolus, *recipi iam et esse cum* [2]*domino.* Pat. c. 9 ex.

23. *Cupidi* et ipsi iniquissimo *isto saeculo* [3]*eximi* et *recipi* [4]*ad dominum,* quod etiam apostolo votum fuit. Ux. I. c. 5 in.

Ipso apostolo festinante ad *dominum.* Cast. c. 12. p. 129.

. . resurrectionem [5]fide con-

---

1) II. 333. *boni existimationem* Fr. Iunius. *boni aestimationem* Latinius. *sermonis existimationem* libri omnes. — 2) I. 604. *Christo* 3 Vatic. Pam. Rig. — 3) I. 676. *exuti* 3 Vatic., prob. Fr. Iunius. — 4) *apud* Agob. (Hild.). — 5) II. 491. *fidei* Gelen.

secutos *cum domino esse.* Resurr. c. 19. p. 246.

Quod est aliud votum nostrum, quam quod et apostoli, [6] *exire de saeculo* et *recipi apud dominum?* [7] Hic voluptas, ubi et [8] votum. Spect. c. 28.

Bene [9] properatis *ad dominum*, bene festinatis *excedere de* [10] *isto* iniquissimo *saeculo.* Cult. c. 6 ex.

29. [11] Philippensibus . . de *vinculis* scribens [v. 7. 13] utique beatos adfirmavit, quibus *donatum esset, non tantum credere in* [12] *Christum, sed etiam* [13] *pati pro ipso*:

30. *Eundem*, inquit, *agonem habentes quem in me* [14] *vidistis et nunc auditis.* Scorp. c. 13. p. 384.

Cap. II.

4. *Nolite vestra* [1] *curare, sed alterius.* Cult. c. 2. p. 51.

6. *Qui in effigie dei constitutus non rapinam existimavit esse se aequalem deo.* Prax. c. 7 ex.

In effigie dei constitutus non rapinam existimavit [2] *pariari deo.* Resurr. c. 6 med.

---

6) I. 60. *exire de saeculo et* om. Agob. — 7) *hic* Rig. ex emend. Ursini. *haec* libri omnes. — 8) *vitium* Gagn. *votum iam* Fr. Iunius. — 9) I. 723. *festinatis* Agob. — 10) *isto* om. Agob. Rig. — 11) I. 531. *Philippensibus* Pam. *Thessalonicensibus* Agob. Gagn. Gelen. Rig. — 12) *Iesum* Agob. — 13) *pro ipso pati* Agob. Rig. — 14) *et vidistis* Agob. — 1) I. 717. *curare* Rhen. I. Gagn. Gelen. Pam. Seml. *tantum curare* Agob. Rig. Leop. Oehl. — 2) II. 475. *pariari* Gagn. Gelen. Pam. Rig. ex emend. Rhenani, Seml. *parem esse* Rhen. I. in marg. Leop. Oehl. *par in* Rhen. I.

6. 7. Dicit quod *in effigie dei constitutus non rapinam existimavit pariari deo. Sed exhausit semetipsum accepta effigie servi . . . et in similitudine hominis . . . et figura inventus homo.* Marc. V. c. 20. p. 467 sq.

8. Propter eum (hominem) omni se humilitate deiecit *usque ad mortem, et mortem crucis.* Carn. c. 4. p. 349.

Adiecit: *Et mortem crucis.* Marc. V. c. 20 med.

Traditus est in mortem, mortem autem crucis. Fug. c. 12 in.

17. 18. *Nam etsi libor super sacrificium, gaudeo et congaudeo omnibus vobis, perinde et vos gaudete et congaudete mihi.* Scorp. c. 13. p. 384.

6. 7. Quodsi *in effigie* et *in imagine* qua filius [3] patris vere [4] dei praedicatus est, etiam *in effigie* et *imagine hominis* qua filius hominis vere *hominem inventum.* Nam et ‚*inventum*‘ ratione posuit, id est certissime *hominem;* quod enim invenitur, constat esse: sic et deus inventus est per virtutem, sicut homo per carnem. Marc. V. c. 20 med.

15. Haec sunt quae nos *luminaria mundi* faciunt, bona scilicet nostra. Cult. c. 13 in.

Nos . . sumus . . . *luminaria.* Coron. c. 9.

Et *lucere in mundo* Christianos oportebat ut *filios* lucis, lumen mundi unum et deum et dominum colentes et nominantes. Prax. c. 13 ex.

---

3) II. 334. *in patris* Rhen. I. — 4) *dei praedicatus est, etiam in effigie* Gelen. Pam. Rig. *dei praeiudicatus est: et iam ne effigie* Rhen. I. *dei praeiudicatus est: etiam in effigie* Gagn. *deus, praeiudicatum est etiam in effigie* Oehl.

Cap. III.

2. Viderimus . . si secundum [1]arcae typum et corvus . . . et *canis* . . . in ecclesia erit. Idol. c. 24 ex.

3. *Nos sumus circumcisio* omnium [2]et spiritalis et carnalis; [3]nam *spiritu* et carne saecularia circumcidimus. Cult. c. 9 ex.

4. 5. 7. *Quae* . . retro *lucri duxerat*, — quae et supra numerat: gloriam *carnis*, notam *circumcisionis*, generis *Hebraei ex Hebraeo* censum, titulum *tribus Beniamin*, *Pharisaeae* candidae dignitatem — *haec* [4]modo *detrimento* sibi *deputat.* Marc. V. c. 20. p. 468 sq.

5. 6. Ex *tribu* . . *Beniamin* oriturum Paulum providebat . . . prima aetate vastaturum pecora domini ut *persecutorem ecclesiarum*, dehinc . . . devergente iam aetate oves Christi educaturum ut doctorem nationum. Marc. V. c. 1 med.

8. 9. Haec *ac si stercora existimat prae comparatione agnitionis Christi . . . habens iustitiam non suam* iam *quae ex lege*, *sed quae per ipsum*, scilicet *Christum*, *ex deo.* Marc. V. c. 20. p. 469.

9. Dicit: *Non quae ex lege, sed quae per ipsum.* Marc. V. c. 20 ex.

11—14. Cum Philippensibus scribit: *Si* [5]*qua*, inquit, *concurram in* [6]*resuscitationem quae* [7]*est*

1) I. 107. *arcae typum* Rig. Latinius. *archetypum* Gagn. Gelen. Pam. — 2) I. 728. *et* om. Agob. Rig. — 3) *nam et in spiritu et in carne saeculo circumcidimur* Agob. Rig. — 4) II. 334. *nunc* Fr. Iunius. — 5) II. 497. *qua* Rhen. I. Gagn. Gelen. Pam. Rig. cod. Io. Clem. Vatic. *quo modo inquit* 2 Vatic. — 6) *resuscitationem* Rhen. I. Gagn. *resurrectionem* Gelen. Pam. Rig. — 7) *est* om. Rhen. I. Gagn. Gelen. Addidit prim. Pamelius ex cod. Io. Clementis.

a mortuis, non quia iam accepi aut consummatus sum . . . Persequor autem si adprehendam, in quo sum adprehensus a Christo. Eo amplius: *Ego me, fratres, non puto adprehendisse; unum plane, oblitus posteriorum in priora me extendens secundum scopum persequor ad palmam incriminationis per quam concurrerem.* Resurr. c. 23. p. 255.

15. Dicit et apostolus: *Si quid ignoratis, deus vobis revelabit.* Coron. c. 4. p. 343.

Et si qua, inquit, *ignoratis, dominus vobis revelabit.* Ieiun. c. 10. p. 408.

19. *Deus enim illis*, ut ait apostolus, *venter est.* Ux. I. c. 9.

20. *Noster*, inquit, *municipatus in caelis.* Coron. c. 13. p. 359. Marc. V. c. 20 ex.

14. *Obliti posteriorum in priora porrigimur* secundum apostolum. Pudic. c. 6 in.

Quodsi apostolo auscultamus, *obliti posteriorum* [8]*extendamur in priora* et meliorum [9]*donationum* sectatores simus. Ux. I. c. 3 ex.

19. Aliquando et ipse *deus venter earum.* Virg. c. 14 in.

Deus enim *tibi venter est* et pulmo templum et aqualiculus altare et sacerdos cocus et sanctus spiritus nidor et condimenta charismata et ructus prophetia. Ieiun. c. 16 ex.

20. [10]*Brabium* [v. 14] angelicae substantiae *politia in caelis.* Mart. c. 3.

[11]*Πολίτευμα nostrum* i. e. *municipatum in caelis esse* pronuntians, alicui utique caelesti civitati eum deputat. Marc. III. c. 24. p. 178.

---

8) I. 673. *extendamur* Rhen. I. Gagn. Gelen. Pam. *et extendamur* Agob. Rig. *ostendamur* Leid. — 9) *donationum* Rhen. I. Gagn. Gelen. Pam. *donativorum* Agob. Rig. — 10) I. 10. *bravium* 3 Vatic. Rhen. I. — 11) II. 156. *politeuma* Rig.

Sic et virtus in infirmitate perficietur, quod [12]periit salvum faciens, quod mortuum est vivificans, quod percussum est sanans, quod languet medicans, quod ereptum est redimens, quod famulatum est liberans, quod seductum est revocans, quod elisum est suscitans: et quidem de terra in *caelum*, ubi *nostrum municipatum* Philippenses quoque ab apostolo discunt.

20. 21. *Unde et* [13]*salutificatorem nostrum exspectamus Iesum Christum, qui* [14]*transfigurabit corpus nostrae humilitatis* [15] *conformale corpori gloriae suae.* Resurr. c. 47. p. 305 sq.

Christus adveniens de caelis —

21. [16] *Transfigurabit corpus humilitatis nostrae conformale corpori gloriae suae.* Marc. V. c. 20 ex.

De quo exemplo instructus et Paulus: *Qui* [17]*transfigurabit*, inquit, *corpus humilitatis nostrae* [18] *conformale corpori gloriae suae.* Resurr. c. 55 ex.

Cap. IV.

3. Illius (Christi sc.) es, conscriptus *in libris vitae.* Coron. c. 13 in.

---

12) II. 529. *periit* Pam. Rig. ex emend. Pamelii. *perit* reliq. — 13) *salvificatorem* Gelen. — 14) *transfiguravit* Rhen. I. Gagn. Gelen. — 15) *conformatum* Gelen. — 16) II. 335. *transfiguravit* 2 Vatic. Rhen. I. — 17) II. 542. *transfigurabit* Pam. *transfiguravit* reliq. — 18) *conforme fieri corpori claritatis suae* Gelen. Pam.

5. Scimus omnes, [1] cum tamen quid idem per apostolum dixerit recordemur:

5. *Probum vestrum coram hominibus appareat.* Cult. c. 13 in.

18. Vos *odor* estis *suavitatis.* Mart. c. 2. p. 67.

---

7. Epistula ad Colossenses.

Ausserdem, dass Tertullian diesen Brief gegen Marcion (V. c. 19. p. 461—466) in der Kürze bespricht, nennt er ihn noch an folgenden Stellen, Praescr. c. 7: Scribens ad *Colossenses*, Videte ne quis ... Resurr. c. 23: Docet quidem apostolus *Colossensibus* scribens, mortuos fuisse nos ... Pudic. c. 17: Demonstrat et *Colossensibus*, quae membra mortificent ...

Cap. I.

5. 6. Apostolus dicens de spe reposita in caelis: *Quam audistis in sermone veritatis evangelii quod pervenit ad vos, sicut et in totum mundum.* Marc. V. c. 19 in.

15—17. *Primogenitus conditionis ... in illo condita sunt universa in caelis et in terris, visibilia et invisibilia, sive throni sive dominationes sive principatus sive potestates .... cuncta per illum et in illo sunt condita, ...*

15. *Invisibilis dei imaginem* ait *Christum.* Marc. V. c. 19 in.

Et alibi *Christum imaginem dei invisibilis* appellat. Marc. V. c. 20. p. 468.

.. haec .. Marcioni displicere

---

1) I. 732. *dum* Agob. Rig.

oportebat; non utique tam nude posuisset apostolus:

17. *Et ipse est ante omnes.*. . . Quomodo enim *ante omnes*, si non ante omnia? Quomodo ante omnia, si non *primogenitus conditionis*, si non sermo creatoris? Marc. V. c. 19 in.

Primogenitus ut ante omnia genitus. Prax. c. 7 in.

Videbimus et apostolus cui auctori *invisibilia* deputet. Marc. I. c. 16 in.

Cur in hac sola specie uniformem eum capiunt, *visibilium* solummodo *conditorem*, quem proinde credendum sit et *visibilia* et *invisibilia condidisse*, quemadmodum et vitam et mortem, et mala et pacem? Marc. I. c. 16 ex.

16. . . uti *in ipso* secundum apostolum *omnia* [1] *conderentur*. Valent. c. 16.

18. Sicubi . . et *ecclesiam corpus Christi* dicit esse . . . Marc. V. c. 19. p. 464.

19. *Boni duxit omnem plenitudinem in semetipso habitare.* Marc. V. c. 19. p. 463.

16. (Conditis) *in Christo in caelis et in terris*,

16. 19. Quae est ista *plenitudo* nisi ex illis, quae Marcion detraxit, *conditis* —:

. . angelis et hominibus: nisi ex illis *invisibilibus* et *visibilibus*, nisi ex *thronis* et *dominationibus* et *principatibus* et *potestatibus?* Aut si haec pseudapostoli nostri et Iudaici evangelizatores de suo intulerint et ad *plenitudinem* dei sui Marcion, qui nihil *condidit*: caeterum quale est, ut *plenitudinem* creatoris aemulus et destru-

1) II. 403. *conderentur* 3 Vatic. Pam. Rig. *confoederentur* reliq.

ctor eius *in* suo *Christo habitare voluerit?* Marc. V. c. 19. p. 463.

Cui . . reconciliat *omnia* in semetipsum, pacem faciens per crucis suae sanguinem, nisi quem offenderant [2] *universa?* Ibid.

21. Docet quidem apostolus Colossensibus scribens, *mortuos* fuisse *nos* [Col. 2, 13] *aliquando, alienatos et inimicos sensu* domini, cum *in operibus pessimis* agebamus. Resurr. c. 23 in.

21. 22. Ita et *nos quondam alienatos et inimicos sensu in malis operibus* creatori *redigit in gratiam.* Marc. V. c. 19. p. 463.

Et supra *reconciliari nos* ait *in corpore eius per mortem.* Marc. V. c. 19. p. 464.

24. Ait *adimplere se reliqua pressurarum Christi in carne —*

24. *pro corpore eius, quod est ecclesia.* Marc. V. c. 19. p. 464.

Cap. II.

4. 8. Cum monet, cavendum a [3] *subtililoquentia* et *philosophia* [4] et *inani seductione*, quae [5] sit *secundum elementa mundi*, non secundum caelum aut terram dicens, sed *secundum literas saeculares* et *secundum traditionem*, scilicet *hominum subtililoquorum* et *philosophorum:* longum est quidem et alterius operis ostendere, [6] hac sententia omnes hae-

2) II. 331. *una* (*uni*) *ipsa* codd. — 3) II. 331. *subtili eloquentia* Vatic. — 4) *ut* Rhen. I. Gagn. Gelen. Pam. — 5) *fit* Gelen. — 6) II. 332, *ac* Gelen. Pam.

reses damnari, quod omnes ex [7]*subtililoquentiae* viribus et *philosophiae* regulis constent. Sed Marcion principalem suae fidei terminum de Epicuri schola agnoscat, dominum inferens [8]hebetem, [9]ne timeri dicat eum; collocans et cum deo creatore materiam de porticu Stoicorum; negans carnis resurrectionem, de qua proinde nulla *philosophia* consentit. Cuius ingeniis tam longe abest veritas nostra, ut et iram dei excitare formidet et omnia illum ex nihilo protulisse confidat et carnem eandem restituturum repromittat et Christum ex vulva virginis natum non erubescat, ridentibus *philosophis* et haereticis et ethnicis ipsis. . . . Hac simplicitate veritatis, contraria [10]*subtililoquentiae* et *philosophiae*, nihil perversi possumus sapere. Marc. V. c. 19. p. 464 sq.

Nihil omnino cum *philosophis* super anima . . . experiremur, patriarchis — ut ita dixerim — haereticorum; siquidem et ab apostolo iam tunc *philosophia* concussio veritatis providebatur. Anim. c. 3 in.

. . a quibus *nos* apostolus *refrenans* nominatim *philosophiam* [11]contestatur caveri oportere scribens ad Colossenses:

8. *Videte ne* [12]*quis* [13]*sit circumveniens vos per philosophiam et ina-*

7) *subtilis eloquentiae* Vatic. — 8) *nec hebetem* Rhen. I. — 9) *nec* Rhen. I. — 10) *subtili eloquentiae* Vatic. — 11) II. 9. *contestatur* Agob. Rig. *testatur* Gelen. Pam. *et inanem seductionem contestatur* reliq. — 12) *qui* Agob. (Baluz.). — 13) *sit circumveniens vos* Rhen. I. Gagn. Gelen. *vos circumveniat* lib. Clem. Pam. Rig.

nem seductionem secundum traditionem hominum,

. . praeter providentiam spiritus sancti. Fuerat Athenis et istam sapientiam humanam, adfectatricem et interpolatricem veritatis, de congressibus noverat, ipsam quoque [14]in suas haereses multipartitam [15]varietate sectarum invicem repugnantium. Quid ergo Athenis et Hierosolymis? quid Academiae et ecclesiae? quid haereticis et Christianis? Nostra institutio de porticu [16]Salomonis est . . . Viderint qui Stoicum [17]et Platonicum et dialecticum [18]Christianismum protulerunt. Praescr. c. 7.

11. Hinc et apostolus *circumcisionem despoliationem carnis* appellans, tunicam cutem [19]adfirmavit. Resurr. c. 7 med.

12. *Consepultos Christo in baptismate* et *conresuscitatos* in eo *per fidem efficaciae dei, qui illum suscitarit a mortuis.*

13. *Et vos, cum mortui essetis* [20] *in delictis et* [21] *praeputiatione carnis vestrae, vivificavit cum eo, donatis vobis omnibus delictis.* Resurr. c. 23 in.

13. Docet . . apostolus . . . *mortuos fuisse nos.* Resurr. c. 23 in.

Nos deus cum Christo vivificat, donans delicta nobis. Marc. V. c. 19. p. 465.

14. Et solvit liberans hominem per lavacrum, [22]donato *chiro-*

---

